*confirmationibus*) ſic etiam concil. et uetus Greg. et confirmat. Cont. et alij.

*eiuſdem eccleſiæ*) ſic etiam in concil. eccleſiæ tuę, Raim. et Cont.

*uel ſanioris*) uel maioris, unus ex veter. Greg.

*negotia eadẽ*) uox negotia in Gregorianis omittitur, eſt in concil.

*& quæ ſtatuẽda fuerint ſtatuas*) ſtatuẽs, vet. Greg. ut editum eſt, alter vetus codex. ſunt, ſtatuas, Cont. et alij. ut quæ ſtatuenda fuerint, ſtatuas, concil.

*et errata*) et, in veter. Greg. nõ eſt. ceteri habẽt.

*diſſipes, et euelles*) euellas, concil. et Raim. et duo Tar. uidẽtur autẽ hęc ex Hieremię c. 1. ſumpta. ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, et ſuper regna; ut euellas, et deſtruas, et diſperdas, et diſſipes, et ædifices, et plantes. refert eadẽ Innoc. 3. ſub tit. de maioritate, et obedientia, cap. 2. in 3. collect.

*Nec abſentium fratrũ nomina inſcribi aliquatenus facias*) aliquatenus ſcribi facias, cõcil. Abſentiũ quoq. nomina fratrum ſcribi non facias, ueteres Greg. inſcribi pro ſcribi in altero mutatũ eſt. Abſentium quoq. fratrũ nomina inſcribi non ſinas, Cont. et alij.

*non inmerito*) ſic etiam concil. merito, Raim. et Cont.

*Nos enim &c.*) hæc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

*deſcribentur*) ſcribentur, concil.

*decernimus*) decreuimus, olim uetus Tarr.

## TIT. X. DE IIS, QVAE fiunt a maiori parte capituli.

C*AP. un. ex concilio Lateranen.*) cap. 16. ex cõcil. non cap. 11. ut Cont. edidit. ut editũ eſt, Raim.

*ſanioribus*) ſic etiam Raim. et Cõt. ſeniorib. cõcil. et in uno ex veter. Greg. quod elegãtius dicitur.

*eſt, et reprehenſione digniſſimum*) ſic etiam Raim. et reprehenſione eſt dignum, concil. non male.

*per quaſdam eccleſias*) ſic etiam Raim. quarundã eccleſiarum, concil.

*ordinationem multorum impediunt, &*) hæc Raim. et Cont. omittunt. multotiens pro multorum, concil. cetera, ut edita ſunt.

*ordinationem eccleſiaſticam*) ſic etiã veteres Gregor. et concil. ad ordinat. eccles. Cont. et alij.

*non permittunt*) ſic etiam in concil. non permittant, vetus Greg. ut editum eſt, Cont. et alij.

*rationabiliter obiectum fuerit, & oſtenſum*) ſic etiã Raim. et Cont. rationabile fuerit oſtenſum, concilia. uel oſtenſum, unus ex veter. Gregorianis.

*conſequatur*) ſortiatur, unus ex ueter. Gregorianis.

*a maioris, & ſanioris parte conſilij*) a maioris, uel ſanioris parte concilij. in concil. a maiori, et ſaniori parte capituli, Raim. et Cont. conſilij pro capituli, unus Tarr. cetera, ut Raim.

*ad ſeruandam eccleſiæ*) ad conſeruandam eccleſiæ ſuæ, concil. et Raim. et uetus Tarr.
*dicit eſſe*) dicat, cõcil. et Rai. altera uoce omiſſa.
*non n. dicenda ſunt iuramenta, ſed potius periuria*) ſic etiam in concil. non enim iuramenta, ſed potius periuria ſunt dicenda, vetus Gregor. nec enim etc. ut vetus, Cont. et alij.
*eccleſiaſticam utilitatem*) utilitatem eccleſiaſticã, concil. et duo Tarr. et ueteres Gregor. utilitatẽm eccleſiæ, Cont. et alij.
*Inſtituta ueniunt*) ueniunt inſtituta, duo Tarr. aptius, ſi illorum tempor. conſuetudinem ſequamur.
*Siquis autem*) ſic etiam Raim. Si aliquis, concil. Siquis enim, unus ex veter. Greg.
*nec ratione iuuantur, nec ſacris*) ſic etiam veteres Greg. non pro nec Cont. et alij priori loco. ratione iuuantur, et ſacris, concil. non ſine mendi ſuſpicione.
*iurare*) ſic etiam Raim. et Cont. irritare, concil.
*donec condignam*) donec dignam, Raim. donec congruam, concil.
*a perceptione dominici corporis exiſtat alienus*) ſit alienus veteres Greg. a dominici corporis perceptione fiat alienus. concil. a perceptione ſit dominici corporis alienus. Cont. et alij.

## TIT. XI. DE REB. ECCLESIÆ ALIENANDIS.

*eccleſiæ alienandis*) eccleſiaſticis pro eccleſiæ, vetus Tarr. et Barcin. ut editum eſt, Raim.
*uel non alienandis*) uel non, Raim. et Cõt. et duo Tarr.

C*AP. I. ex conc. Lugdun.*) Laudun. vetus Gregor. Lugudun. alter minus vetus. Lugdun. 4. Cont. et alij. ex concil. Lugdun. c. 5. Burchar. lib. 3. c. 24. et Iuo parte 3. cap. 29. decreti. Ludu. unus Tarr. Lugent. alter mendoſe.
*Non liceat*) ſic etiam Burch. et Iuo. Non licet, Barcin. et Raim.
*nec Abbati*) ſic etiam Burch. et Iuo. vel pro nec Raim.
*terram eccleſiæ*) ſic etiam Burch. et Iuo. terram unius eccleſiæ, Raim. et Cont. aptius.
*uoluerint terras eorũ*) earũ, Burch. et Iuo rectius. uoluerit terras earũ, Raim. et Cõt. et unus Tarr.
*cum conſenſu ambarum faciant*) faciat, uetus Gregor, et unus Tarr. fiat, Iuo. cum conſenſu amborum faciant. Burch. editus. ſed in ueteri eſt ambarum. cum conſenſu ambarum partium faciant, Barc. faciat, Cont. et alij, cetera, ut Barc.
*Cap. 2. ex eodem*) ſic etiam Raim. et Cont. addi potuiſſet cap. xi. ut refert Burch. lib. 15. cap. 36. et Iuo Carn. parte 16. c. 37. decreti. ſed in libris conciliorũ eſt cap. 4. concilij Aruernenſis.
*Qui res*) Qui recuſã, cõci. ceteri omnes, Qui res.
*rapiunt*) capiunt, unus ex ueter. Greg.
*auferri*) auferre, Barcin. et duo Tarr. et ceteri libri. auferri, olim vetus Tarr.
*Cap. 3. ex concilio Toletano*) ſic etiam Raim. et Cõtius. ex cõcil. Toletano 5. cap. 69. Burch. lib. 3. c. 177. in ueteri tamen libro nu. 5. deſideratur. rectius Iuo parte 3. cap. 238. decreti, ex concil. Toletano 4. cap. 68. ut ex lib. concil. conſtat.
*diffiniunt*) diffiniuit, uetus Tarr.
*ut ſacerdotes*) ſic etiam concil. et Burch. et unus ex ueter. Gregor. ſacerdotes, alter uetus Greg. ut omiſſo. ut ſacerdotib. Iuo, et Cont. et alij.
*res ſuas eccleſiæ*) ſic etiam concil. Burch. et Iuo. eccleſijs, uetus Tarr. eccleſiæ ſua, ueteres Gregor. aliquid eccleſiæ ſuæ, Cont. et alij.
*aliqua tamen*) ſic omnes præter Raim. qui vocẽ tamen omiſit.
*eccleſijs ſuis conquirunt*) ſic etiam concil. Burch. et Iuo. vox ſuis in Barcin. deſideratur, et olim non erat in ueteri Tarr. eccleſijs ſuis adquirunt, Raim. et Cont.
*liceat illis aliquos*) ſic etiam Burch. et ueteres Gregor. licebit pro liceat, cõcil. liceat aliquos, Iuo, et Cont. et alij.
*de familijs*) de familia, Raim. ſolus. de famulis, unus Tarr.
*ſi ingenui ſunt*) ſic etiam Burch. et Iuo. ingenui, concil. alijs omiſſis. omnia Raim. et Cont. omittunt: quod recte factum cenſeo.
*ſub patrocinio*) ſic omnes, ſed vidi, ſub patrimonio, in marg. cuiuſd. editi libri, quod improbo.
*potuerint*) ſic cõcil. Burch. et Iuo. ſic etiam uetus Gregor. poterunt, Cont. et alij. poterint, vetus Burch. liber. oportuerit, uetus Tarrac. nõ male.
*Cap. 4. ex concilio apud Siluan.*) ſic etiã in veteri Gregor. Siluanum, uetus Tarr. Siluanen. Cõt. et alij. apud Siluanectim præſente Ludouico Rege cap. 5. Burch. lib. 3. cap. 164. ſed certius eſt apud Iuon. parte 3. c. 183. decreti, ex nouella 7. Iuſtiniani cap. 1. ſunt autẽ Iuliani anteceſſoris uerba. Nou. 7. c. 1. concilij apud Siluanectim, ſiue apud Cõuicinũ uillã publicã ſecus ciuitatẽ Siluanectis, mẽtio fit in epiſt. Nicolai, apud Anſel. li. 2. c. 64. et li. 12. c. 34. uid. Grat. diſt. 10. c. 1. Hoc etiã cap. exſtare dicitur li. 2. c. 29. capitular.
*Nulli liceat alienare rem immobilem eccleſiæ*) ſic etiam Burch. ſuæ, additur in ueterib. Greg. quę uox nõ eſt in alijs. neq. apud Cõt. Pluribus uerbis Iulian. et Iuo poſt Iuſtinian. NVLLI ſub Romana ditione conſtitutæ eccleſiæ, uel xenodochio, uel ptochotrophio, uel noſocomio, uel orphanotrophio, uel gerõtocomio, uel brephotrophio, uel monaſterio tam monachor. quam ſanctimonialium Archimandritã habenti, uel Archimãdritiſſam: ergo his omnibus nõ liceat alienare rem immobilem. Hæc Iulian. pro quibus Iuo alia refert in hanc ſentẽtiã. Nullus ſub Rom. ditione conſtitutam eccleſiam, uel xenodochiũ etc. uel monaſteriũ etc. Archimãdritã habẽs, uel Archimãdritiſſã infeſtare audeat. Ergo his omnib. nõ liceat alienare rẽ immobilẽ. Græca Iuſtiniani uerba cum Iuliano faciunt. θεσπίζομεν μήτε τὴν ἁγιωτάτην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως μεγάλην ἐκκλησίαν, μήτε τὰς ὑπ' αὐτὴν οὔσας. et poſt alia. μήτε τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐκκλησίας. et poſtea. μήτε ἄλλον μηδένα πανταχοῦ μήτε πατριάρχην μήτε ἐπίσκοπον. et poſt aliorum præfectorum enumerationem, ἢ μοναστήριον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρχιμάνδριτον ἢ, ἡγουμένην, ἢ τινὰ ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων, ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον. Sancimus, inquit, neq. ſanctiſſimam huius felicis Vrbis magnã eccleſiã, neq. eidẽ ſubiectas, neq. alias eccleſias, neq. aliũ quẽuis Patriarchã, Epiſcopũ, etc. aut monaſterij virorũ, uel mulierũ Præfectũ, aut Præfectã, aut cuiuſcumq. alterius pij collegij præpoſitũ licentiam habere alienandi immobilem rem.
*ſiue agrum ſiue ruſticum mancipiũ, ſiue domũ, ſiue ortũ*) quattuor uerba poſtrema omittũt Raim. et Cõt. ab alijs ordo immutatur. ſiue domũ, ſiue agrũ, ſiue hortũ, ſiue ruſticum mancipiũ. Iulian. Burch. et Iuo. ἐν οἰκίαις ἢ ἐν ἀγροῖς ἢ ἐν κήποις ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις, μήτε γεωργικὸν ἀνδράποδον. Iuſtin. in domibus, ſiue in agris, ſiue in hortis, aut in alijs quibuſcũq. neq. ruſticũ mancipiũ. Additur poſt hæc uerba a Iuliano (vel panes ciuiles) quod Græce eſt, μήτε πολιτικὴν σίτησιν. in Leonis conſtit. cuius poſtea fit mentio, hæc uerba ſunt. fundos, uel prædia, ſiue urbana, ſiue ruſtica, res poſtremo immobiles, aut in his prædijs colonos, uel mancipia cõſtituta, aut annonas ciuiles, cuiuscumq. ſuprema, uel ſuperſtitis uoluntate ad religioſas eccleſias deuolutas.
*nec creditorib. ſpecialis hypothecæ titulo obligare*) neque pro nec Burch. et duo Tarr. neque ſpecialis etc. Raim. et Cont. omiſſa uoce creditorib. neque creditorib. ſpeciales hypotheticæ titulo obligare. Iuo mendoſe. neq. creditorib. ſpeciali, uel generali hypothecæ titulo obligare, Iulian. ſed in alijs libris rectius, ut editum eſt: nã Græce hæc ſunt. μήτε ὑπὲρ ἰδικοῦ πρόφασιν ἐνεχύρου παραδιδόναι τοῖς δανεισταῖς.
*Alienationis autem uerbum contineat condicionem, donationem, permutationem, & emphyteuſis perpetuum contractũ*) emphyteoſeos pro emphyteuſis, Burch. continet condicionem, donationem, uenditionem, permutationem, et emphyt. perpetuum contractum, uetus Gregor. emphyteuticum pro emphyt. Cõt. et alij. emphyteoſis, alter uetus liber, Alienationis autem uerbum cõtinet uenditionem, donationem, permutationem, et emphyteuſeos perpetuum contractũ. Iulian. et, omittit Iuo, cetera, ut Iulian. Cõdicionẽ mẽdoſe ſcripſerunt pro uenditionem Burchardi librarij, mox Papien. eam retinuit, Raimũdus utramq. uocem edidit, crucem, ut aiũt, interpretibus relinquẽs. Gręca uerba hęc ſunt. τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν, ἵνα κωλύσωμεν καὶ πρᾶσιν καὶ δωρεὰν καὶ ἀμείψιν καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκτεινομένην ἐμφύτευσιν, ἥτε οὐδὲ πόρρω καθέστηκεν ἐκποιήσεως. hoc eſt. Alienationis autẽ nomen generale ideo poſuimus, ut prohiberemus et uenditionem, et donationem, et permutationem, et in perpetuum porrectã emphyteuſin, quæ non longe ab alienatione diſtat.
*ſed omnes ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineat*) Vnde pro ſed, Raim. et Cont. ſed omnes omnino, Iulian. et Burch. cetera, ut edita ſunt. Sed omnes omnino ſacerdotes huiuſmodi alienatione abſtineãt. Iuo d. parte 3. Omnes omnino ſacerdotes a rerũ eccleſiaſticarũ alienatione ſe abſtineant, Idẽ parte 17. c. ult. quod ultimũ etiam eſt eius uoluminis. ἀλλὰ πάντας πανταχοῦ τοὺς ἱερέας τῆς τοιαύτης ἐκποιήσεως εἴργομεν. Iuſtin.
*poenas timẽtes, quas Leonina cõſtitutio minatur*) ſic etiã Iulian. et Iuo par. 3. Leoniana, Burch. et Iuo d. c. ult. et uetus Greg. et duo Tarr. cõminatur, Rai. et Cõt. ταῖς ποιναῖς ὑποκειμένους αἷς ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐχρήσατο διάταξις. Iuſtin, poenis, inquit, ſubiectos, quibus Leonis piæ memoriæ utitur conſtitutio.
Poſt uerba huius capitis addunt alia Iuo, et Iulianus, quæ longum eſſet referre.
*Cap. 5. ex concilio Toletano*) ſic etiã Burch. li. 3. c. 189. et Iuo d. par. 3. c. 249. et Raim. et Cõt. Toletano quarto Grat. rectius. 12. q. 2. c. 39. quod in Cõtiana editione eſt 38. adde c. 66. ex cõcil. erat autem hoc caput ante c. 3. ſtatuendũ, quod ex eodem concilio eſt, c. 68.
*Epiſcopi, qui nihil &c.*) ſic etiã Burch. Iuo, et Raimũ. ſed ante hęc uerba addi potuit, Pars c. Et ſi illi. ex Grat, et cõcil. Integra clauſula hęc eſt ibidẽ. ET SI illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperib. Chriſti diſtribuũt, æterni iudicis uoce in futuro cõdẽnabũtur: quãto magis hi, qui auferũt pauperib. quę non dederũt? Quapropter etc. ſic in cõcil. quod nõ, pro quę nõ, Grat. Surius, qui nõ, edidit mẽdoſe. illi Epi, eſt in uno ueteri Grat. li.

et diſtribuerint pro diſtribuũt in altero, ſed alij quinq. ueteres, ut editi.

*proprio ſuo eccleſiæ conferunt*) Chriſti conferunt, pro conferunt, Barcin. et duo Tarr. et Burch. et Iuo. proprio eccleſiæ Chriſti conferunt, Raim. et Cont. proprio ſuæ eccleſiæ Chriſti cõpenſauerunt, concil. non ſine mendo. in Suriana editione, ſuo pro ſuæ, in alijs recte eſt. ſuo proprio eccleſiæ Chriſti cõpenſauerunt, Grat.

*liberos ex familijs &c.*) Ante hæc uerba eſt in cõcil. hanc diuinam ſententiam metuant, et libertos ex familijs etc. liberos ex familia, Grat. cetera, ut in concil. ut editum eſt, Burch. et Iuo. libertos ex famulis, uetus Gregor. liberos ex famulis, unus Tarr. et Cont. et alij. et 4. ueteres Grat. libri.

*eccleſiæ Chriſti non cõtulerit*) ſic etiã cõcil. Burch. Iuo, et Grat. eccleſiæ non attulerit, Raimun. et Cont. non contulerint, uetus Grat. liber.

*damnum eccleſiæ inferat*) ſic etiam Burch. et Iuo. damnũ inferat, Raim. et Cõt. damnũ inferat, et ius eccleſiæ alienare contendat, concil. et Grat. inferant, et cõtẽdant, unus ex vet. Grat. libris.

*Tales igitur liberos*) ſic etiã Grat. et Raim. et Cõt. libertos pro liberos Burch. et Iuo. et unus ex veter. Grat. libris. Tales ergo libertos, concil.

*abſq. aliqua*) abſq. ulla, Grat. ſolus.

*oppoſitione*) obſtinatione, vetus Burch. liber.

*ad ius eccleſiæ*) eccleſiaſticũ, unus ex ueter. Greg.

Poſt uerba huius capitis eſt in concil. quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit. ſic etiam Grat. quæ uerba ceteri omiſerunt. ſed etiam improbitas, duo ex ueter. Grat. libris, non recte.

*Cap. 6. Symmachus Papa*) ſic etiam Raim. addit autem Contius non male, in ſynodo Romana tertia cap. 4. 5. 6. 7. et 8. ſimilis ſententia exſtat in ſynodo ſexta Romana, ex qua ſunt verba relata ab Iuone, parte 3. cap. 182. et a Grat. 12. q. 2. cap. 21. incip. indigne.

*Siquis preſbyterorũ, &c.*) ſic etiã Raim. et Cont. ſed in cõcil. alijs uerbis. nã c. 4. agitur de Apoſtolicæ ſedis Præſule alienante prædiũ ruſticũ, ut apud Grat. 12. q. 2. c. 20. qui multa mutat. id porrigitur ad presbyteros titulorũ Romanæ urbis c. 6. eiuſd. 3. ſynodi, ut 17. q. 4. cap. 1. apud Grat. paucis immutatis. at c. 7. eiuſd. ſynodi hęc uerba ſunt. Præterea qui petierit, aut acceperit, uel qui presbyterorum, aut diaconorũ, ſeu defenſorum danti ſubſcripſerit etc.

*alienanti*) alienari, uetus Gregor. non recte.

*quo iratus Deus animas percutit*) hoc etiã dicitur in ſynodo 6. et apud Grat. et Iuo. ſumptũ videtur ex fulmine Iouis apud poetas, ſed hoc maius fulmen eſt, quo animæ percutiuntur.

*ſeruata &c.*) hæc uſq. ad illa niſi forte Raim. et Cont. omittunt. ſunt in cõcil. et multo plura. d. c. 7. ſitq. accipienti, uel ſubſcribenti de perfidus ſuperius cõprehenſis, ideſt, quas anathemate feriri cenſuimus, inſtituta poena cõtubernia hũ ſeruata. in ſexta quoq. ſynodo alia ſunt, quę lectori conferenda relinquimus.

*in alienatorem*) in alienatore, Tarr. tres, et Barc. et cõcil. quod ferri potuit. in alienatione, uetus Tarr. in quo olim, in alienatore, fuerat.

*ſibi dum repetit*) hęc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

*qui acceperit*) acceperat, unus Tarr. quod pro qui, mutatum in ueteri Tarr.

*reſtitutione*) remedio, quidam Gregoriani libri.

*proſpexit*) proſpexerit, cõcil. et duo Tarr. et Barcin. ſibi proſpexerit, uetus Greg. ſibi proſpexerint, Cont. et alij.

*quod ſi minorem animæ ſuæ curam*) Melius in concil. et in duob. Tarr. et in Barcin. eſt, quod ſi minore animæ ſuæ cura. eſt autem hoc initiũ capitis 8. ſynodi tertiæ. qui ſi minore etc. uetus Gregor. ut in concil. Cont. et alij.

*quiſquã remediũ*) ſic etiã in cõcil. vox quiſquam a Raim. et Contio eſt omiſſa.

*forte neglexerit*) ſic etiã in cõcil. neglexerint, Raimundus, et Cont. altera uoce prętermiſſa.

*ſuper ea poenarum genera etc.*) ſupra pro ſuper, in concil. aptius. præter poenam ſuper hoc adſcriptam, Raim. et Cont.

*contra fas ſi quod præceptum fuerit, documentum*) cõceptum pro præceptum, cõcil. et duo Tarr. ſed in altero ceptũ olim fuerat in altero quod deſideratur. ceptũ, Barc. cõfectũ exinde documentum, Raim. et Cont.

*uniuerſis uiribus ſuis*) vox ſuis in cõcil. non eſt, uirib. Raim. et Cont. alijs omiſſis. uox ipſa uirib. in ueteri Greg. deſideratur.

*nullas uires habuerit*) ſic etiam vetus Greg. nullas habuerit, cõcil. et duo Tarr. et Cõt. et alij. nullas habuit, alter minus uetus Greg.

*efferetur*) effectetur, Barc. effoetetur, cõcil. uacuetur, Raim. apertius, effeteretur, unus Tarr. ideſt euacuetur uiribus, Alan. uel offerretur ad incidendum ut 12. q. 2. Apoſtolicos. Tancr.

*liceat*) ſic etiam concil. et ueteres Gregor. licet, Cont. et alij.

*uocem*) libellum, unus Tarr.

*et eccleſiaſtica auctoritate fulciri, ita ut cũ fructibus poſſint alienata repoſcere*) poſſit pro poſſint in cõcil. et ut cum fructib. poſſint alienata repoſcere, eccleſiaſtica auctoritate fulciri, uetus Greg. ut et pro et ut, Cont. et alij. ijdem quoq. addũt ET ante vocem eccleſiaſtica. in alio ueteri et utrubiq. deſideratur, et fulciti habet pro fulciri. poſſunt pro poſſint, olim unus Tarr.

*Huius autem etc.*) Hæc omittũt Raim. et Cont. ſunt autẽ in concil. plenius. nã ante hæc uerba ita



ita ſcriptũ eſt. nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quia religioſis animab. ad ſubſtantiã pauperũ derelicta, cõtra fas ſine aliqua pietatis cõſideratione diſpergit, cõcil. d. c. 8. et in ſyn. 6. et apud Iuo. et Grat. paucis exceptis.

*conſtituti*) conſtitutionis, concil.

*quæ propoſito*) ſecũdũ animarũ conſideratione, quem propoſito, concil. plenius.

*Cap. 7. Wigor. Epõ*) Vuigorn. Epo, in cõcil. par. 29. c. 4. tit. de alienatione rerũ eccleſiæ, et de earundẽ recuperatione. Wig. Epõ, uetus Greg. Vigor. uetus Tarr. et Cõt. et alij. Vigorn. alter uetus Greg.

*Ad aures, & infra*) ſic etiã Raim. et Cõt. Pars c. Ad aures. Barcin. hæc in concil. non ſunt. Integra clauſula eſt fortaſſe c. 15. parte 6. in cõcil. et in hac collect. c. 2. de eo, qui cognouit etc. Ad auras. Cont. mendoſe. Illas, in marg.

*Illas uero terras*) vox uero a Raim. eſt omiſſa, exſtat in concil.

*eis hereditario iure ſub annuo cenſu*) ſub annua pẽſione, hereditario iure, unus Tarr.

*ipſas ſuo*) ipſas ſuorũ, cõcil. ſuo Raim. et Cont. altera uoce omiſſa.

*fuiſſe extirpatas*) uox fuiſſe a Raim. et Cõtio eſt omiſſa, exſtat in concil.

*niſi forte alijs*) ſic etiã in cõcil. alij, Barcin. niſi forte tunc alijs, Raim. et Cont.

*poſſent*) poſſint, concil. et Raim.

*onere, & labore*) honore pro onere, concil. et duo Tarr. labore, et onere, Raim. honere, vetus Gregor. honore, non ita uetus.

*Cap. 8. Idem*) addendum uidetur, Alliſano Epõ, ut c. un. ſupra de in integrũ reſtitutione. Addi etiã potuit, Pars. c. Requiſiuit.

*Non ponitur*) ſic in uno Tarr. ſed falſo. ſcribẽdũ eſt. De in integ. reſtit. c. 1.

*De poſſeſſionib. &c.*) Vide d. c. un. adſcripta.

## TIT. XII. DE PRECARIJS.

CAP. 1. *ex concilio apud Beluacum*) apud Beluacen. Raim. et Cont. mendoſe. ex cõcilio Beluacenſi, Grat. ſiue Palea. 10. q. 2. c. 6. apud Beluacũ, cui Ludouicus Imperator intererat, c. 13. Burch. li. 3. c. 169. ex cõcilio Beluacen. præſente Ludouico c. 13. Iuo Carnot. parte 3. c. 230. decreti. in ueteri Burch. libro eſt, apud Beluacum c. 16. alijs omiſſis. vide Melden. c. 17. et 21. et 22.

*Precariæ*) ſic etiã Grat. et Raim. Vt precariæ, Burch. et Iuo. hoc genus cõtractus ignotũ veterib. Romanis, hodie quoque nõ adgnoſcimus. cur igitur vexamur his legẽdis? uide concil. Toletan. 6. c. 5.

*ſecundũ antiquã cõſuetudinẽ, & auctoritatẽ*) ſic etiã Burch. et Iuo. et auctoritatẽ, apud Grat. omiſſa ſunt. in uno tamẽ veteri libro exſtant. ſecũdũ auctoritatẽ, et antiquã cõſuetudinẽ, Raim. et Cont.

*Cap. 2. ex concilio Carthaginenſi*) ſic etiã Grat. ſiue Palea. 10. q. 2. c. 7. et Raim. et Cont. ſed in cõcilijs nondũ inuenimus. exſtat cõſt. Lotharij totidẽ uerbis li. 3. tit. 8. c. 2. legum Longob.

*De precarijs quoq. quæ a rectorib. eccleſiarũ irrationabiliter fiebant*) vox quoque a Grat. ſiue Palea eſt omiſſa. ſed eſt in uet. libro, et in Long. De precarijs irrationabiliter factis a rectorib. eccleſiarum, Raim. et Cont. ratio nabiliter eſt in tribus ueterib. Grat. libris.

*et ſe*) vox et a Raim. eſt omiſſa, habet Grat. et Long.

*obligabãt*) ſic etiã Grat. et Lõg. obligãtib. Raim.

*nequiuiſſent abſoluere*) diſſoluere pro abſoluere, Gratian. diſſoluere nequeant, Raimund. et Cont. nequiuiſſent ſic ſoluere, vetus Grat. liber. nequiſſent pro nequiuiſſent, tres alij ueteres. nequirent diſſoluere, Long.

*in anteceſſoris ſui pœnam*) pœna, duo Tarr. et Barcin. et Grat. anteceſſoris ſui pœna, Raim. et Cont. pœna ſtatuta pro pœnam Long.

*prudentiæ*) prouidẽtiæ, Grat. et duo Tarr. et Raimũ. et Long. al. prudẽtiæ, unus ex ueter. Greg.

*ſit cõceſſum*) uox ſit in Long. deſideratur.

*diſtribuerit*) diſtribuit, Grat. et vet. Tarr. et Raimun. diſtribuerit, Long.

*ad ius &c.*) eidẽ eccleſiæ ad ius tenẽdũ reuocetur, Long.

*eiuſdem eccleſiæ*) eccleſiæ eiuſdem, Grat. et Cõt. uox eccleſię in ueteri Greg. deſideratur. eius eccleſiæ, uetus Tarr.

## TIT. XIII. COMMODATIS.

*is*) De commodatis, Barcin. et duo Tarr. De cõmodato, Raim. et Cont.

CAP. 1. *In exodo*) Cap. unicũ eſt in Barc. et in duob. Tarr. nã c. 2. eſt ſub tit. de depoſitis. qua ratione ordo præpoſitus duorũ capitũ minus offẽdet lectores. ſunt autẽ eorũ uerba c. 22. Exodi. Bernardus Papiẽ. hęc in ſcholijs adſcripſit, quæ ad omnia capita ex ueterib. ſacris libris ſumpta pertinẽt. Debuit autẽ Raim. eadẽ cautione uti, ut minus in ſimilib. laboraremus. Hæc, inquit, et alia, quæ de textu Pentateuchi huic inſerui uolumini, ad hoc appoſui, ut ſciatur, quid de talib. fuit in ueteri lege ſtatutum, nõ quod omnia credam ad litteram eſſe ſeruãda, ut diſt. vj. par. ult. B.

*Siquis cõmodauerit proximo ſuo bouẽ, aſinũ, et ouẽ & omne iumentũ ad cuſtodiã*) cõmẽdauerit pro cõmodauerit Cõplut. pro et ouẽ, eſt ouẽ, et, omiſſo. cõmodauerit, olim in vet. Tarr. mox cõmẽ

 dauerit

dauerit.bouē,uel aſinū,eſt in eod.lib.ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ὑποζύγιον ἢ πρόβατον ἢ μόσχον ἢ πᾶν κτῆνος φυλάξαι.Lxx.Siquis dederit,inquit,proximo iumētum,aut ouem, aut vitulū, aut quodcunq.animal ad cuſtodiendum.agnū pro ouem Chald.interpres,quod etiam πρόβατον ſignificat.ὑποζύγιον ſubiugale,κτῆνος iumētum,Complut.Quod cuſtodiendū datur,ad tit.locati,non commodati pertinet.

*& mortuum fuerit,aut debilitatum,uel captum ab hoſtibus*)ſic etiam Complut.καὶ συντριβῇ ἢ τελευτήσῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται.Lxx.et mortuus fuerit,aut confractus,aut ductus in prædā. Chald.

*nulluſq.hoc uiderit,iusiurandum erit in medio*) ſic etiam Complut.καὶ μηδεὶς γνῷ.ὅρκος ἔσται τοῦ θεοῦ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων.Lxx.hoc eſt.et nemo nouerit.Dei iuſiurandum inter utrumq.erit,ſiue intercedet inter ambos.Compl.nullo uidēte.Chald.

*quod non extenderit manum ad rem proximi ſui*) ſic etiam Lat.Compl. ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐπὶ τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον. Lxx.profecto non ipſum nequā fuiſſe in depoſito proximi.Compl.Chaldęus cū editis facit.

*ſuſcipietq.dominus iuramentum,& ille reddere non cogetur*)ſic etiā Compl.καὶ οὕτως προσδέξεται ὁ κύριος αὐτοῦ,καὶ οὐ μὴ ἀποτίσει.Lxx.atq.ita dominus eius ſuſcipiet,ſiue pro recepto habebit, quod amiſit,ſiue recepto ſacramento cōtentus erit,et non ei reſarcietur damnū a cuſtode. ſed uerborū cōceptio breuis eſt.et nihil reſtituet. Chald.

*Quod ſi furto ablatum fuerit,reſtituet damnum domino*) Et ſi pro Quod ſi,Cōplut.ἐὰν δὲ κλαπῇ παρ' αὐτοῦ,ἀποτίσει τῷ κυρίῳ αὐτοῦ.Lxx. ſi autē ſublatum fuerit ab eo,ſoluet domino eius. Compl.ab eo ambiguum eſt,num ipſe furtum fecerit,an alius eo cuſtodiente,quod magis uidetur ſignificare παρ' αὐτοῦ.ab eo etiā additur in Chald.

*ſi comeſtum a beſtia,deferat ad eum,quod occiſum eſt,et nō reſtituet*) ſic etiā Lat.Cōpl.ἐὰν δὲ θηριάλωτον γένηται,ἄξει αὐτὸν ἐπὶ τὴν θήραν,καὶ οὐκ ἀποτίσει.Lxx. Si autē a beſtia comeſtū fuerit, ducet illud ad oſtiū,et nō ſoluet,Compl.Si dilaceratū fuerit;adferat,quod dilaceratum eſt in teſtimoniū,et nō reſtituet.Chald.

*qui a proximo ſuo quicquā poſtulauerit horum mutuum*)quidquid horū mutuo poſtulauerit.Lat. Cōpl.ἐὰν δὲ αἰτήσῃ τις παρὰ τοῦ πλησίον.Lxx. ſi autem petierit quis a proximo,Cōpl.Et quādo mutuo acceperit uir a proximo ſuo.Chald. Hæc magis ad commodati titulum pertinent. poſtulauit pro poſtulauerit, duo Tarr.ſed in altero V E additum eſt.

*& debilitatum,aut mortuum fuerit,domino nō præſente;reddere compelletur*)ſic etiā Compl. ἐὰν συντριβῇ ἢ ἀποθάνῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται, ὁ δὲ κύριος αὐτοῦ μὴ ᾖ μετ' αὐτοῦ,ἀποτίνων ἀποτίσει.Lxx.et debilitatū fuerit,uel mortuū fuerit, uel captiuū fuerit, et dominus eius non fuerit cum eo;ſoluēs ſoluet.Compl.et confractū fuerit,ſiue mortuum domino non exiſtente cū eo, reſtituens reddet.Chald.

*quod ſi in præſentia fuerit dominus,non reſtituet*) et ſi in præſentiarū dominus fuerit,non reſtituet, Cōpl.ἐὰν δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ ᾖ μετ' αὐτοῦ,οὐκ ἀποτίσει.Lxx.

*maxime ſi conductum fuerit pro mercede operis ſui*) uenerat pro fuerit,Compl.Lat.ἐὰν δὲ μισθωτὸς ᾖ,ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.Lxx.ſi autē mercenarius fuerit, erit ei pro mercede ſua, Compl.ſi conductum fuerit, computetur pro mercede eius.Chald.fuerat pro fuerit, tres Tarrac.ſed in uno fuerit olim. corporis pro operis olim in eodem.

*(cap.2.In exodo)* verba huius capitis ſunt in ſacris libris ante uerba capitis prioris:et poterāt omnia verba coniungi.ſed in Barcin.et in duob. Tarr.ante hoc cap.eſt titulus de depoſitis. Depoſiti,eſt in uet.Tarr.Raimundus utrumq.caput omiſit.

*Siquis commodauerit amico ſuo pecuniam,aut vas in cuſtodiam*) Siquis commendauerit amico pecuniam,aut vas in cuſtodiam, Complut.commendauerit, duo Tarr. commodauit tertius. ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ἀργύριον ἢ σκεύη φυλάξαι.Lxx.Si autem quiſpiam dederit proximo argentum,uel uaſa ad cuſtodiendum. Complut.Quando dederit uir proximo ſuo argentum,aut uaſa in cuſtodiam. Chald. ἀργύριον malim pecuniam, quam argentum reddere. Videndum autem, num hic contractus mutuum ſit, an commodatum,an depoſitum. ſed cuſtodia uidetur efficere depoſitum.

*et ab eo,qui ſuſceperat,furto ablata fuerint*) ſic etiā Lat.Complut.καὶ κλαπῇ ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνθρώπου.Lxx.et furatum fuerit de domo hominis,Complut.et furtō ſublata fuerint de domo viri,Chald.ego τοῦ ἀνθρώπου eius hominis, interpretarer.ſuſceperit olim uetus Tarr.et fuerit pro fuerint.

*Si inuenitur fur,duplum reddet*) ſic etiam Compl. ἐὰν εὑρεθῇ ὁ κλέψας,ἀποτίσει διπλοῦν.Lxx.duplicita



plicita reddet, unus Tarr.

*ſi latet,dominus domus applicabitur ad deos*) ſi latet fur,etc.Compl.ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ ὁ κλέψας, προσελεύσεται ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.Lxx.ſi autem non inuentus fuerit,qui furatus eſt;accedet dominus domus coram Deo. Cōpl.in conſpectum iudicum.Chald.

*et iurabit,quod non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem*) vox ſuam in Compl.non eſt.item pro perpetrādam habet perpetrandum. extendit pro extenderit, unus Tarr. καὶ ὀμεῖται ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐφ' ὅλης τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον κατὰ πᾶν ῥητὸν ἀδίκημα.Lxx.et iurabit profecto non ipſum malignatum fuiſſe in omni depoſito proximi iuxta omne dicibile delictū. Complut.πεπονηρεῦσθαι fraudem feciſſe potius,quam malignatum fuiſſe dicerem.Chaldęi uerba obſcura ſunt.ſi non extendit manū ſuā in illud,quod tradidit illi proximus ſuus.ſuper omnem rem delicti.

*tam in boue,quam in aſino,et oue,ac ueſtimento*) ſic etiam Complut.περί τε μόσχου καὶ ὑποζυγίου καὶ προβάτου καὶ ἱματίου.Lxx.deque vitulo,et ſub iugali,et oue,et veſte,Compl. ſuper bouem, ſuper aſinum,ſuper agnum, ſuper veſtimentum, Chald.

*et quidquid damni inferri poteſt*) et quidquid dānū inferre poteſt,Compl.Lat. καὶ πάσης ἀπωλείας τῆς ἐγκαλουμένης.Lxx.et omni amiſſione accuſata. Compl. ſuper omnem rem perditam, qui dixerit,quod hęc eſt.Chald.

*ad deos utriuſq.cauſa perueniet*)ſic etiam Compl. ὅ τι οὖν ἂν ᾖ, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐλεύσεται ἡ κρίσις ἀμφοτέρων.Lxx.quidquid igitur ſit,corā Deo ingredietur iudicium amborum.Compl.in cōſpectu iudicum veniat cauſa amborū.Chald. perueniat,unus Tarr.

*et ſi illi iudicauerint,duplum reſtituet proximo ſuo*) ſic etiam Compl.καὶ ὁ ἁλοὺς διὰ τοῦ θεοῦ ἀποτίσει διπλοῦν τῷ πλησίον αὐτοῦ.Lxx.et captus per Deum ſoluet duplum proximo ſuo.Cōpl. et quicumq.cōdemnatus fuerit a iudicibus,reddet duplum proximo ſuo.Chald.

## TIT. XIIII. DEPOSITI)

ſic duo Tarr.De depoſitis,Barcin.et duo Tarr. ante cap.2.tituli 13.De depoſito.Raim. et Cōt.

CAP.1.*Gregorius Sereno Epō Anconitano*)hoc eſt cap.2.in Barcin.et in duob. Tarr. Seuero Epo Anconitanēſi,lib.7.indict.2.cap.13.regiſtri.in alio lib. edito Sereno eſt.vetus habet, quod editum eſt. Qui nouerit,unus Tarr.Quę nouerit.alter mendoſe pro Anconitano.

*Paſſius*)ſcribe,Paſſiuus,ut eſt in Barcin.et in regiſt.et in uno Tarr.fuit autem Firmanus Eps, ut apparet ex epiſt.ad eum miſſa lib.10.ind.5. epiſt.12.Paſſus,unus Tarr.

*Eps indicauit nobis*)frater,et coēpiſcopus noſter ad nos veniens indicauit,regiſt.

*argentum a deceſſore eccleſiæ tuæ Fabiano*) ſuæ pro tuæ Barcin.et duo Tarr.argentum eccleſiæ ſuę a deceſſore ſuo Fabio,regiſt.

*diaconum uum*)diaconem tuū,Barcin. et regiſt. et duo Tarr.

*parte reſtituta*) parte aliqua reſtituta, regiſt. partem reſtitutam,duo Tarr.non optime,

*partem aliquam*)vox aliquam in reg.nō eſt,vox partem in uno Tarr.

*reiacere*) ſic etiā unus editus reg.liber,iacere alter.remanere,Barcin.aptius.ſed reiacere Gregorianum fortaſſe verbum eſt.

*et reſtituere*)eam,additur in reg.

*te hortamur*)his fraternitatem tuam hortamur affatibus,regiſt.

*ut eum admoneas*)ut eū admonere ſtudeat,regiſt.

*quod accepit*)quæ pro quod,regiſt.

*ſine cunctatione*)ſine contentione,regiſt.

*aut ſi qua excuſatione excuſare ſe cōfidit*)ratione pro excuſatione Barcin.et tres Tarr. aptius. aut ſi forte ab eius reſtitutione, aliqua ſe excuſari ratione cōfidit,regiſt,plenius.ſe excuſare,tres Tar.

*inter eum*)neceſſe eſt,ut inter eum,regiſt.

*et actores*)et auctores,regiſt.quod non placet.

*cognoſcere debeas*)una cū Armenio fratre,et coēpiſcopo noſtro cognoſcere debeatis,regiſt.certa pro una,eſt in alio edito non recte.

*et finire*)et ſubtiliter veritate diſcuſſa, ita huic cauſæ finem imponere,regiſt.

*ne ipſe diaconus*) ut nec antedictus diaconus,reg.

*nec præfata eccleſia &c.*)nec præfata iniuſte damnum uideatur eccleſia ſuſtinere.regiſt.

*Cap.2.Lugdun.Epō*)Lugdunēſi Archiepō,in cōcil.parte 50.cap.35.Lōdon.Epō, Raim.et Cōt. Lundun.Epō,unus ex veter.Gregor.

*Grauis illa,et odibilis querimonia*)ſic etiam in cōcil.et odibilis,Raim.et Cont.omittunt.querella,unus ex veter.Gregor.

*quæ uſque*)vox quę a Raim.et Cōtio eſt omiſſa. exſtat in concil.

*duplici nos &c.*)Recte Cōt. addidit a Raim.præterita.quæ ſunt etiam in concil.

*præſtringit*)perſtrinxit,cōcil.et tres Tarrac.perſtringens,Cont.

*prout velles efficaciter*) hęc omiſit Cont.ſunt in concil.

*non conſtet nobis*)ſic etiam in concil.vox nobis a Raim.et Cont.eſt omiſſa.

*ille vir Belial*)ſic etiam Raim. Belialim, Cont. ille uir, ut Belial, concil. poſtrema editione. ut in Belial, fuerat in alia edit. non recte. N. ille uir Beliai, unus Tarr.

*impia, et deteſtabili ſurreptione* )hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*in utilitates eccleſiæ*)ſic etiam in concil. in eccleſię utilitatē, Raim. et Cont. in utilitatem eccleſiæ, unus Tarr.

*non debemus de iure*) ſic etiā in Gregorianis. nec de iure debemus, concil.

*nec poſſumus*)hęc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*contra canones*)ſcribendum eſt, cōtra canonicos, ut in concil. et apud Gregor. 9. et in uno Tarr. prius canones, mox canonicos.

*inſtantiam*)ſententiam, prior edit. concil.

*perſonæ, ut dicunt*)pecuniam perſonę, concil. et Raim. alijs omiſſis. ego editis adderem vocem pecuniam. pecuniam, ut dicunt, prior cōcil. editio. dictum eſt, pro dicunt, duo Tarr.

*non eccleſiæ commendatam*)nō niſi eccleſiæ commodatam, prior concil. editio mendoſe.

*diſcretioni &c.*)hæc uſq. ad verbum ſuademus omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*in æternæ caritatis diligentia*)internæ caritatis intuitu, concil. ego, internę caritatis diligentia, ſcriberem, ut in duob. Tarr. poſtea inueni.

*in raptorem illum, et furem*)ſic etiam in concil. in illum furem, Raim. et Cont.

*et ea quæ tibi ſūt ſubrepta, portauit*)hęc in cōc. deſiderātur. aſportauit, pro portauit, Raim. et Cōt.

*Nam et nos ipſi &c.*)pro his verbis uſq. ad verbū dedimus, eſt in Greg. nā et iudicibus. ſed in cōcil. pro verbis ſupraſcriptis eſt, Nos enim.

*ut iniquum*)ut illum iniquum, concil. et Raim. ſed ut editum eſt, in priori edit. concil.

*ſub duris quæſtionib.*)ſic etiam in concil. ſub quęſtionib. Raim. et Cont.

*ad rationem*)hęc in cōcil. nō ſunt, ſunt in Greg.

*et etiam*)ſic etiam in concil. et, omittunt Raim. et Cont. ego etiam omitterem.

*macerent*)hæc vox in Greg. non eſt. eſt in cōcil.

*et affligant*)hæc etiam omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*ut cogatur bene ligatus &c.*)ut bene ligatus cogatur etc. concil. ut dictam pecuniam reddere cōpellatur, Raim. et Cont.

*quod male*)quę male, concil.

*(eterū circa &c.*)hæc etiā omittūt Raim. et Cōt. uſq. ad illa, ſi autem cum eis. ſunt autē in cōcil.

*illam affectum*)illum pro illam in concil. talem, additur in vet. Tarr. quæ vox olim non fuit.

*ut nil ab ea requiras indebitum* ) nihil pro nil in concil. et indebite pro indebitum. ſed in marg. eſt indebitum.

*redditunm per ceptione*)de redditū perceptione, Raim. et Cont. pactionem, cōcil. pro his verbis, de, eſt additum in uno Tarr.

*nobis acceptum*)nobis eſſe acceptum, vetus Tarr. ſed olim, ut editum eſt.

# TIT. XV. DE EMPTIONE, et venditione.

CAP. I. *In Leuitico*)addi potuit cap. 25.

*Si attenuatus frater tuus uendiderit poſſeſſiunculam ſuam*) ſic Lat. Complut. ἐὰν δὲ πένηται ὁ ἀδελφός σου ὁ μετὰ σοῦ, καὶ ἀποδῶται ἀπὸ τῆς κατασχέσεως αὐτοῦ. Lxx. Si autem pauper fuerit frater tuus, qui tecum: et vēdiderit de poſſeſſione ſua, Complut. ego poſt vocem tecum addo eſt: et pro vendiderit ſcribo alienauerit. Quādo pauper factus fuerit frater tuus, et vendiderit de poſſeſſione ſua, Chal. frater autem hoc loco nō fratrē germanū ſignificat, ſed Iudæum.

*et voluerit propinquus eius poſt redimere, quod ille vēdiderat*)poteſt pro poſt Cōplut. et tres Tarr. καὶ ἔλθῃ ὁ ἀγχιστεύων ὁ ἐγγίζων αὐτῷ, καὶ λυτρώσεται τὴν πρᾶσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Lxx. et accedat propinquus, vel proximus, ei, et redimet venditionem fratris ſui, Cōplut. ἐγγίζων vicinum intelligo: fratrem quoque eiuſdem nationis hominem. veniet redemptor eius, qui propinquus eſt ei, et redimet, quod frater ſuus vēdidit, Chald. paullo apertius.

*Si autem non habuerit proximum, et ipſe pretium ad redimēdū poterit inuenire* ) potuerit pro poterit Barc. et Cōplut. ſin autē pro ſi autē, eadē Cōpl. ἐὰν δέ τινι μὴ ᾖ ὁ ἀγχιστεύων, καὶ εὐπορηθῇ τῇ χειρὶ, καὶ εὑρεθῇ αὐτῷ τὸ ἱκανὸν λύτρα αὐτοῦ. Lxx. Si autem alicui non fuerit propinquus, et abundauerit manu, et inuentum fuerit ei, quod ſufficit redemptio eius. Cōplut. parum hæc diſerta ſunt. Vir autem, cui nō fuerit redēptor, et attigerit manus eius, et inuenerit, quantum ſufficit ad redemptionem eius, Chald.

*Computabuntur fructus ex eo tempore, quo uendidit*) ſic etiam Complut. καὶ συλλογιεῖται τὰ ἔτη τῆς πράσεως αὐτοῦ. Lxx. et connumerabit annos vēditionis eius, Cōplut. cōputabit annos venditionis, Chald.

*& quod reliquum eſt reddet emptori*) ſic etiā Lat. Cōplut. καὶ ἀποδώσει ὃ ὑπερέχει τῷ ἀνθρώπῳ, ᾧ ἀπέδοτο αὐτό. Lxx. et reddet, quod ſupereſt homini, cui vēditū fuerit illud. Complut. et reddet, quod āplius fuerit viro, cui vēdidit. Chald.

*ſicq. recipiet poſſeſſionem ſuā*) ſic etiā Cōplut. καὶ ἐπανελεύσεται εἰς τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ. LXX. et redibit in poſſeſſionem ſuam. Compl. et reuertetur ad poſſeſſionem ſuam. Chald.

Poſt



Poſt verba huius capitis eſt in ſacris libris. Quod ſi non inuenerit manus eius, ut reddat pretium, habebit emptor, quod emerat, uſque ad annum iubileum. In ipſo enim omnis uēditio redibit ad dominū, et ad poſſeſſorem priſtinum. Excipitur poſtea venditio domus, quæ redimi intra annum poteſt, poſt annum ne in iubileo quidem redimi poteſt, ſi oppidum, in quo domus eſt, muris cinctū fuerit. Aedes tamen Leuitarum ſemper redimi poſſunt. ἔτος τῆς ἀφέσεως, hoc eſt annus remiſſionis, iubilei annus appellatur a Lxx.

*Cap. 2. apud Alumnas*)apud Alum. veteres Gregor. Al. unus Tarr. Valen. Cont. et alij. in libris concil. non inueni. Alumnias, Cont. in marg. Alumpnas, tres Tarr. Aruernas, Burch. li. 2. c. 168. et Iuo parte 6. c. 258.

*ut ipſi*)ut et ipſi, Raim. et Cont. ut ipſi, unus ex veter. Gregor. et Burch. et Iuo.

*et nihil*)et non, Raim. et nulli iter facienti māſionem denegent, et ut omnis occaſio rapinæ tollatur, nihil, Burch. et Iuo.

*niſi quantum in mercato*)quam mercato, Raim. et Cont. quam in mercato, unus ex veter. Greg. niſi quanto in mercato, Burch. ut editum eſt, Iuo. ſed in marg. quanto. in veteri Burch. libro, quātum eſt. forte quanti ſcribendum.

*uendere poſſint*) poſſunt, Raim. ut editum eſt, Burch. et Iuo. poſſunt, unus Tarr.

*quod ſi carius vendere voluerint*)pro his verbis eſt tantū in Gregor. alioquin. ut editū eſt, Burch. et Iuo.

*ut illius*)et pro ut, Burch. et Iuo.

*cum humanitate eis vendant*) ſic etiam Burch. et Iuo. cum humilitate ſibi vendant, vetus Greg. cum humanitate ſibi uendant, Cont. et alij.

*Cap. 3. ex concilio Magōc.*)Magoc. tres Tarr. Maguntin. vetus Grego. Mogunti. c. 21. Burch. lib. 19. c. 148. Maguntien. c. 21. Iuo parte 15. c. 158. decreti. Maguntinen. Cont. et alij. in cōcilijs hoc caput nondum inueni, cum tamē cap. 20. eiuſd. concilij, ut Burch. et Iuo referunt, ſit in ſynodo Moguntina ſub Ludouico Rege, et Rabano Archiepō cap. 2. vol. 3. concil. et totidem verbis in concilio Cabilonen. ij. ſub Carolo cap. 37.

*Vt mēſuræ, et pōdera iuſta fiant ſicut in diuinis, etc.*) Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa. quæ habent Burch. et Iuo. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. ſtatera iuſta, et æqua ſint pōdera, iuſtus modius, æquuſq. ſextarius. Leuit. 19. de eadem re Prouerb. c. 11. et c. 20. Quod menſuræ, et pondera iuſta ubique habenda ſint, teſtis eſt Salomon, qui dicit. quod ſtatera doloſa abominatio ſit apud Deū etc. Turonē. concil. ſub. Carolo cap. 45.

*cenſitum eſt*)ſic Burch. ſancitum eſt, Iuo, et Cōt. apertius.

*et in capitulari domini continetur*) dominico pro domini Burch. et Iuo. domini Karoli, duo Tar. et Cōt. aptius. eſt in capitulari Karoli lib. 1. cap. 74. vox domini in ueteri Tarr. olim non erat.

*et iſte ſacer*)ſic Burch. et Iuo. ſicut et iſte ſacer, Cont. et iſte ſacerdomini, Barcin. forte vox dōni pro domini antea erat ſcribenda. quamuis domini conuentus, dici quoq. poteſt.

*ſtatuit ſic, omnibus nobis*) ſicut pro ſic vetus Tarrac. ſtatuit, ſic omnib. nobis. Burch. ſtatuit, ſic omnib. nobis. Iuo. conſtituit, ſic in omnib. Cont.

*et ſiquis*)ſic etiam vetus Burch. liber, et Iuo. Vt ſi quis, Burch. editus, ſiquis, Raim. et Cont.

xx. *dies*)ſic etiā Burch. et Iuo. xxx. dies, Raim. et Cont.

*Cap. 4. Cum dilecti filij noſtri*)vox noſtri in Gregor. eſt omiſſa.

*Beluacen.*)Atrebaten. unus ex veter. Gregor.

*religioſos viros*)hæc omittunt Raim. et Cont.

*Caroli loci*) Karoli loci vetus Greg. Careoli loci, alter vetus liber Cari loci, Cont. et alij. ſic etiā cap. 2. de tempor. ordinat. in 3. collect.

*proponerent*) ſic etiam veteres Gregor. proponerent querimoniam, Cont. et alij.

x. *libris*)ſic etiā vet. Greg. pro, addit Cōt. et alij.

*poſt multas commiſſiones, tandem*)hæc etiā Raim. et Cōt. omiſerūt. propter pro poſt vetus Tarr.

*uenerabili fratri noſtro*)hæc quoque ab eiſd. ſunt omiſſa.

*Morienſi Epo*)ſic etiam vetus Gregor. Morimenſi Epo, Barcin. Morinen. Epo, Cont. et alij. quod non diſplicet, idq. eſt in uno Tarr.

*dilecto filio*)hęc etiam Raim. et Cont. omittunt.

*ſub certa forma*) hęc itidem ſunt ab eiſd. omiſſa.

*in litteris*)omittuntur etiam hæc ab eiſdem.

*eiuſdem cauſæ*)vox eiuſd. a Raim. eſt omiſſa.

*adhibitis ſibi viris prudentib. et honeſtis*)hæc etiam omittūt Raim. et Cont.

*Cum itaq. Decanus &c.*)Recte Cont. addidit a Raim. præterita.

*propter hoc*)hęc omittit Cont.

*vel reſpondendum*)et pro vel Cont.

*deſtinarunt*)deſtinarent, unus Tarr.

*appellarunt*)apellauerant, Barcin. et Cont. appellaſſent, unus Tarr.

*Decanus in illius*) Tandem Decanus in illius, Raim. et Cont.

*per teſtes canonicorum Beluacen.*)hæc in veterib. Gregor. non ſunt. per teſtes, Cont. et alij ceteris omiſſis.

*dimidia*

*dimidia iuſti*)ſic etiam Raim.et Cont.dimidij iuſti,Barcin.

*venditionem non tenere*)ſic etiam veteres Gregor. ante hæc verba habet Cont.et alij verbum pronuntiauit.poſt hæc verba eſt verbum decreuit in uno ex veter. Gregor.

*ſiluam ipſam*)vox ipſam omittũt Raim.et Cont.

*adiudicauit eccleſiæ*) eccleſiæ adiudicans, Raim. et Cont.

*et canonicos*)vox et omiſſa eſt a Raim.et Cont.ipſos addunt Tarr.duo.

*Nuntijs igitur &c.*)Recte etiã Cõt.addit a Raim. omiſſa.

*ſentẽtia peteretur*)vox ſentẽtia a Cõt,eſt omiſſa.

*quia in arbitrio*)Quia vero in arbitrio,Raim . et Cont.

*ſupplere*)iuſtũ pretium,addit Raim.et duo Tarr. pretium,tertius liber,in quo ea quoq.vox olim deſiderabatur.

*Eapropter ſententiam*)ipſam,Barcin.addit.ſentẽtiam ipſam,Raim.et Cont . alio verbo omiſſo, duo Tarr.ut Barcin.

*de communi &c.*)pro his verbis uſq. ad uocẽ irritantes,eſt in Gregor.tamquam iuri cõtrariam.

*poſſeſſionem*)et poſſeſſionẽ,vet.Tarr.nõ optime.

*iudicauimus*)adiudicauimus,unus ex vet.Greg.

*ſalua omni quæſtione*) ſalua quæſtione canonicis, Raim.et Cont.uox omni in uno Tarr.non eſt.

*alia*rationabili*)ſcribe,alia cauſa rationabili, ut in Barcin.et in Gregorianis,et in duob.Tarr.alia rationabili cauſa, tertius liber.

# TIT . XVI. DE RERVM permutatione.

CAP.1.*ex concilio apud Siluan.*)ſic etiã Raim. et Cont . Siluanectum præſente Ludouico Rege cap.6.Burch. lib.3 . c . 165.ex Nouella 7. cap.2.Iuo parte 3.cap.184. decreti . ſunt autem Iuliani Anteceſſoris verba.hæc fortaſſe fuerunt in illo cõcilio recitata,ut quæ ſub tit.de reb. eccleſiæ alienan.retulimus,in veteri Burch. libro deſiderãtur illa verba præſente Lud.Rege. hoc etiam caput exſtat lib.2.c.30.capitularium.

*Si princeps voluerit rem immobilem ſanctis locis præſtare*)ſic etiam Burch.et veteres Gregor.rẽ mobilem,vetus Tarr.olim,et Cont.et alij quidam non recte.ſacris pro ſanctis,Barcin , ſancto loco,Iuo , et Iulian . pluribus verbis Iuſtinianus, ἐφίεμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, ἔπετις κοινωφελὴς ἐστὶ καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία, καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος, ὁποῖον ὑποτιθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι.hoc eſt,Permittimus igitur Imperatori,ſicubi eſt publice utile, ac ſiqua urgueat publica et aperta cauſa,quę huiuſmodi rei immobilis,de qua loquimur,aliquam poſſeſſionẽ expetat,ut eam accipere poſſit a ſanctiſſ. eccleſijs, et ab alijs ſacris ædib.et corporibus.

*et accipere ab eo aliam immobilem rem,et eo modo permutationem contrahere*) ſic etiam Iulian.et Burch.et Iuo,ab eis pro ab eo,Barcin. et accipere ab eis aliam immobilem,eoq.modo de communi voluntate permutationem contrahere, Raim.et Cont. et accipere aliam mobilem etc. vetus Tarr.olim.

*liceat ei hoc facere diuina pragmatica ſanctione ab eo promulgata*)ſic etiam Iulian.et Burch.apud Iuonem.vox ei, et poſt verbum facere cetera deſiderantur.Liceat ei hoc facere,ſi cauſa rationabilis id expoſcat,et res,quã prę̃ſtiterit,maior fuerit,vel æqualis,pragmatica ſanctione ſuper hoc promulgata, Raim.et Cont. videtur autem hęc addidiſſe Raim.ex Irnerij verbis poſitis ſub tit. de ſacroſanctis eccleſijs in Codice Iuſtiniani,et relatis a Grat.10. q.2. cap.3. Sed et permutare principi licet pro re maiori,meliori,vel æquali, ſi reſpublica hoc expoſcit, et pragmatica forma ſuper hoc præcedente.ſed apud Grat.editũ eſt,principes poſſunt pro re maiori, vel æquali. vox quoque ET poſt verbũ expoſcit illic deſideratur.ſed in duob . veterib.eſt. principi poſſunt,et in uno, cũ principe poſſunt, et in omnib.veterib.procedẽte pro pręcedẽte.τοῦ παντάχοθεν ἀζημίου τοῖς ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένου, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαβόντος ἴσου ἢ καὶ πλέονος τοῦ διδομένου. Iuſtinian.omnino autem,inquit,ſeruentur ſacra loca ſine damno,et res,quę pro alijs dantur,ſint ęquales,aut etiã maiores datis.Et poſtea de pragmatica ſanctione.ὥστε εἰ τοιοῦτό τι γένοιτο, καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ λαβεῖν αἴτι τῶν τοιούτων πραγμάτων, καὶ ἀντιδιδοὺς εὐθὺς πρᾶγμα καλλίονι καὶ διαψιλέστερον καὶ ἐπωφελέστερον, ἔσω τὰ τῆς ἀμείψεως βέβαια.

*Cap.2.ex concilio Beluacen.*)ſic etiã Iuo parte 3. cap.232.decreti.et Raim.et Cõt.apud Beluacũ. Iuo li.2.tit.10.c.3.Panormię.addit Burch. lib.3. c.171.apud Beluacum cap.5.in concilijs non reperio. Tantum in concilio Meldenſi cap.23.referuntur ut verba concilij apud Beluacum.

*Vt cõmutationes*)ſic etiã Raim.et Burch.et Iuo in decreto.Et pro Vt,Panor.et vet.Greg.Vt Mel.

*rerum eccleſiaſticarum*)rerum eccleſiarum,vetus Tarr.olim.

*caueantur &c.*) multa omiſit Raim.et Cont.valde caueantur, Barcin.et Burch.et Iuo.et Meld.

*ſi aliquo modo*)ſi aliquando,Panor.

*quæ autẽ*)ſic Meld.Burch.et Iuo in decreto.vox

autem



autẽ in Panor.deſideratur,et olim in uet.Tarr.

*factæ ſunt*)ſic omnes . ſed in veteri Burch . libro fiunt.vox factæ olim in vet.Tarr.non erat.

*iuxta decretum canonum*)canonicum,Melden. et tres Tarr. et Barcin . et Burch.et Iuo in decreto.iuxta decreta canonum, Panor.hoc Hilarij decretum adhuc quærimus.

*quas illicite*)quæ pro quas Melden.vox illicite, olim in vet. Tarr.non erat.

*admiſerit*) ſic etiam Meld.et Burch. et Panor.amiſerit,Iuo in decreto.

*commiſſæ ſunt*) ſint,Panor.commiſſæ ſunt commutationes,Barcin.ut editum eſt,Burch.et Iuo in decreto. quæ ab anteceſſore inconſulte factę ſunt,Raim.et Cont.reuocentur,additur in uno ex veterib.Grego.et in fine capitis,et emendẽtur.commiſſa ſunt,Meld.

*Cap.3.ex concilio apud Sinacum*) Siluan. veteres Gregor.Siluanectum,Cont.et alij.Siciac.Cont. in marg.apud Cariſiacum cap.2 . Burch.li. 3. c. 173.et Iuo parte 3.c.234.decreti . apud Mac. unus Tarr. Sinac.alter.

*Mancipia eccleſiaſtica commutari , niſi ad libertatem,non poſſunt*)Mancipia eccleſiaſtica,niſi ad libertatem, non conuenit commutari, Raim.et Cont.Neque mancipia eccleſiaſtica quiſquam, niſi ad libertatem commutet , Burch . Ne pro Neq.Iuo , cetera , ut Burch . quiſque pro quiſquam,vetus Burch.liber.

*videlicet ut*) ſic etiam Burch.et Raim . ut uidelicet,Iuo.

*eccleſiaſticus homo*)vox homo in vet.Tarr . olim non erat.

*ſemel domino*)ſic etiam Burch.et Iuo.ſemel Deo, Raim.

*iam transferri non poteſt*) totidẽ verbis Burch.et Iuo.transferri non decet,Raim.et Cont.iam omiſſo.

Poſt verba huius capitis addunt Burch.et Iuo.

„ Ait enim lex:ſi quis mutauerit,et quod mutat,
„ et quod mutatum eſt, ſanctificabitur domino.

apud Iuonem tamen hæc verba (et quod mutat)deſiderantur.ſumuntur ex cap.xxvij.Leuitici. Animal autem,inquit,quod immolari poteſt domino,ſiquis uouerit;ſanctum erit, et mutari non poterit:ideſt,nec melius malo, nec peius bono.quod ſi mutauerit;et ipſum,quod mutatum eſt,et illud,pro quo mutatum eſt,conſecratum erit domino.Lat. Complut. ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν προσφερομένων ἀπ᾽ αὐτῶν δῶρον τῷ κυρίῳ, ὃς ἂν δῷ ἀπὸ τούτων τῷ κυρίῳ, ἔσται ἅγιον. οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ καλὸν πονηρῷ, οὐδὲ πονηρὸν καλῷ. ἐὰν δὲ ἀλλάσσων ἀλλάξῃ αὐτὸ κτῆνος κτήνει, ἔσται αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλαγμα ἅγιον. LXX. Si autem ab animalibus oblatis ab ipſis donum domino, qui dederit ab his domino,erit ſanctum. non mutabit ipſum bonum malo, neq. malum bono.ſi autem mutans mutauerit illud animal animali,erit ipſum , et cõmutatio ſanctum.Cõplut. duriuſcule. Chaldæus apertius.Animal autem , quod offerri poteſt in oblatione coram domino,ſi quis obtulerit illud coram domino, erit ſanctum.non immutabit eũ, neque permutabit bonum pro malo ,aut malum pro bono . et ſi permutans permutauerit animal pro animali ; ipſum , et illud , pro quo mutatũ eſt,erit ſanctum.

*Cap.4.ex eodem*)ſic etiam Raim.et Cõt.ex eodẽ cap.3.Burch.li.3.c.174.et Iuo d.parte 3.c.235.ex concilio apud Tanſiatum cap.2. Grat. ſiue Palea 12.q.2.c.55.quod apud Contium eſt cap.54. et in marg. addidit, alias Tariſiacum cap.3. ſed credo Cariſiacum ſcribendum, ut apud Burch. et Iuo.et in uno veteri Grat.libro,in alio eſt,Catiſiacum cap.3.

*et impium*)ſic Burch. Iuo,et Raim . et ineptum Grat.quod ipſum ineptum eſt.

*viri, ſiu femina*) hæc verba omittunt Raim . et Cont.habent ceteri.uel pro ſeu,vetus Burch. liber.

*pro remedio*)ſic etiam Burch. et Iuo,et Raim. in remedio,Barcin.pro redemptione,Grat.

*et ſanctis*)cum pro et unus ex ueter. Gratiani libris.

*conſecrarunt*)cõſecrauerint, Grat . ſiue Palea ſolus.conſecrant,duo veteres Grat . libri , et duo Tarr.libri.

*muneris mancipio*)ſic etiam Iuo,et Raim. et Cõt. muneris pretio, Burch.et Grat.

*ſecularium in ſeruitutem*)ſeruitute,Barcin. .in ſæcularium ſeruitutem, Iuo,et vetus Tarr. in ſeruitutẽ ſæcularium,vetus Gregor . ut Iuo,Contius,et alij . in ſęcularem ſeruitutem,Burch.et Grat.

*rectores eccleſiarum*)eccleſiarum rectores, Raim. omnes rectores eccleſiarum,Burch. Iuo,Gratianus.

*ut eccleſiaſtica dignitate ſeruus diſcedens*) decedẽs, Barcin.et Burch . ut ab eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, Grat.et uetus Gregor.ex pro ab,vetus Burch.liber,et Iuo,cetera,ut Grat.diſcedens pro decedens,Cont.et alij. cetera,ut vetus Gregor.vox ab in duob.veterib.Grat.libris omiſſa eſt.diſcendens,olim unus Tarr.forte deſcendens retineri potuit.

# TIT . XVII . DE PIGNORIBUS.

Cap.1

CAP. I. *ex concilio Remenſi*) ſic etiã Raim. et Cõt. addi debet cap. xi. ex Burch. lib. 3. c. 104. et Iuone parte. 2. c. 139. decreti.

*Nullus presbyter*) ſic etiam Raim. et Cõt. Vt nullus presbyter, Burch. et Iuo.

*uel patenam*) uel patinam, Cont. ſolus.

*uel pallium altaris*) hæc omittunt Raim. et Cõt. habẽt Burch. et Iuo. pallam pro pallium, vetus Tarr. non male. ſed p allium olim.

*in uadium*) ſic etiam Burch. et Raim. in vadimonio, Iuo. quos fugiã, habeo; quos ſequar, non habeo. ſed nihil muto.

*niſi iuſtiſſima*) uox niſi in veteri Burch. libro deſideratur.

*ſicut Stephanus &c.*) Ante hæc verba Burch. et Iuo alia addunt. in Gregorianis omnia deſiderantur, ſicut et Zepherynus etc. Cont. quia tanta eſt ſanctitas ſacri miniſterij, ut ſalua altioris myſterij intelligentia, etiam per prophetam dominus prohibuerit, ne cum ſanctis ueſtimentis ſacerdos procedat ad populum; ſed illa intra ſancta dimittat a colloquio diuino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum a ſacris canonib. ingredi prohibetur, ſanctificata ſacro miniſterio, nec ad contingendum immundis: quãto minus in vadium exhibere debet? ſicut Stephanus etc. hęc Burch. pro ſacro miniſterio, habet Iuo, ſacro myſterio: et pro uadium uadimoniũ. prophetã intellige Ezechielem cap. 44. Stephani ad Hilarium epiſtula exſtat in concil. epiſt. 1. latius ſcripta, quam referatur, vel ab Iuone parte 2. cap. 74. vel a Grat. de conſecrat. diſt. 1. c. 41. appellat autem eum Iuo Stephanum Papam xxij. a Petro, et hoc ait ſtatuiſſe decimo decreto. verba autẽ ipſa eadem fere a Xyſto fuerant ſcripta epiſt. 2. ad Ep̃os Hiſpaniæ, ſic enim refertur a Burch. li. 1. c. 143. ſed Iuo ait d. parte 2. c. 70. Sixtus a Petro Papa VI. in primo decretorum ſuor. omnib. in Chriſto dilectis fratrib. et Grat. Sixtus d. diſt. 2. c. 40. at Xyſtus de vaſis tãtũ conſtituit, Stephanus de veſtimentis, quæ differentia cõfirmari poterit verbis Damaſi in utriuſq. Papę uita. Nemo autem ſuſpicetur Hilarium hũc eſſe Ep̃m Pictauien. qui fuit poſt Nicænã ſynodum.

*in ſuis decretalib.*) ſic etiam Burch. et Cõt. decretis, Iuo.

*Cap. 2. Gregorius Sacratio defenſori*) Fãtino pro Sacratio, Barcin. recte. Sãction, vet. Greg. Sancto, alter minus vetus liber. Sanctio, duo Tar. Sacrario, tertius. Gregor. iij. Exonen. Ep̃o, Cõt. et alij mendoſe. Gregorius Fantino Defenſori, ſcribẽdum ex epiſt. 43. li. 3. regiſtri.

*Lator præſentium &c. et infra*) ſic etiam Raim. et Cont. Integra clauſula in regiſtro hæc eſt. Lator præſentiũ Coſmas Syrus in negotio, quod agebat, debitum ſe cõtraxiſſe perhibuit; quod et multis alijs, et lacrimis eius atteſtantib. verũ eſſe credidimus. et quia centum et quinquaginta ſolidos debebat, uolui, ut creditores illius cũ eo aliquid paciſcerentur. pro credidimus in veteri eſt credimus, et pro volui eſt voluit.

*Quoniam et lex habet*) ſic etiam in regiſt. Lex habet, Raim. et Cont.

*non teneatur*) ſic etiam Raim. et Cont. nullatenus teneatur, regiſt.

*ſi res defuerint*) ſic etiam in regiſt. et ſi res defuerint, Raim. et Cont.

*quæ poſſint*) poſſunt, unus Tarr.

*ei de debito*) eidẽ debito, Barcin. et unus Tarr. et regiſt. pro debito, Raim. et Cont. ei debito, duo Tarr.

Poſt verba huius capitis eſt in regiſtro. Creditores ergo ſuos, ut aſſerit, ad Lxxx. ſolidos cõſentire poſſibile eſt. ſed quia multũ eſt, ut a nil habẽte homine octoginta ſolidos petãt: ſexaginta ſolidos per notariũ tuũ tibi tranſmiſimus; ut tu cũ eiſdem creditorib. ſubtiliter loquaris; rationem reddas, quia filium eius, quem tenere dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt. etc. In fine ait. Hic tamen ſollerter age, ut acceptis ſolidis ei plenariã munitionem ſcripto faciant. in veteri libro Hoc pro Hic ſcriptum eſt.

*Cap. 3. Exon. Ep̃o*) ſic etiam veteres Gregor. Exonien. Ep̃o, Cont. et alij, et in cõcil. parte 29. cap. 1. tit. de alienatione rerum eccleſię, et de earundem recuperatione. Ex hac inſcriptione mẽdũ ſuperioris capitis in multos Gregorianos libros manauit.

*Alex quondam*) Alexãder quondam, in concil. et in vet. Tarr. hæc omittunt Raim. et Cont.

*de Oſecolon*) eccleſiæ de Oſecolon, Barcin. eccleſiæ dictæ Offetolon, concil. eccleſiæ de Off. vet. Greg. Offitona, Cõt. et alij. eccleſię de Conſecolon, vetus Tarr. ſed olim vox eccleſiæ non erat. de Oſecolem, duo Tarr.

*calicem argenteum*) ſic etiam Raim. et Cont. calicem quendam argenteum, concil. plenius.

*Vnde quoniam*) ſic etiam Raim. Vnde quia, concil.

*ut eidem*) ſic etiam Raim. ut eiuſdem, cõcil. quod æque placet. ut eidem, fuerat in uno ex veterib. Gregor. poſtea, ut eiuſdem.

*et præſertim*) et, omittũt Raim. et Cõt. eſt in cõcil.

*ſacris myſterijs*) ſacris miniſterijs, concil. et Raim. quod non æque placet.

*f. t. per A. ſ. pr.*) hæc omittunt Raim. et Cont. fraternitati tuæ etc. quatenus, concil.

*quod aſſeris*) quod aſſeritur, concil. et Raim. et duo Tarr. ſed in altero, ut editum eſt, prius fuerat.



*Walterium*) V. concil. omittunt Raim. et Cont. Walterum, uetus Tarr. Galterum, duo Tarrac.

*ipſius patrimonij*) patrimonij ipſius, uetus Gregor. eius, ipſius patrimonij, concil. ut editũ eſt, Cont. et alij.

*moneas diligenter*) uox diligenter a Raimun. et Cont. eſt omiſſa. exſtat in concil.

*ut res ipſas pigneratas recolligat*) ſic etiam in concil. ut eas recolligat, ueteres Gregor. ea pro eas Cont. et alij. ſic etiam mutatum in uno ex ueteribus Gregor.

*& eas eccleſiæ reſtituat*) reſtauret pro reſtituat cõcil. et reſtituat eccleſiæ memoratæ, Raimun. et Cont.

*quod ſi facere &c.*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt autem in concilijs.

## TIT. XVIII. DE FIDEIVSSORIB.

CAP. I. *Hieronymus in parabolis*) prouerb. cap. 6.

*Fili mi ſi ſponderis pro amico tuo, defixiſti animã tuam apud extraneum*) defixiſti apud extraneũ manum tuam, Complut. et Hieron. uox pro in uno Tarr. non eſt. υἱὲ ἐὰν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. LXX. Fili ſi ſponderis pro tuo amico, trades tuam manum inimico, Cõplut. Sunt, qui ita interpretari poſſe putent. Fili mi, ſi fideiuſſeris pro amico tuo, ſi ſtipulatus fueris alieno manu tua: illaqueatus es uerbis oris tui.

*illaqueatus es uerbis oris tui, et captus proprijs ſermonibus*) ſic etiam Complut. et Hieron. παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἁλίσκεται ῥήμασιν ἰδίου ſτόματος. LXX. Laqueus enim fortis uiro propria labia (ſunt): et capitur uerbis proprij oris. Complut. excepto uerbo ſunt. uerbum es, in uno Tarr. deſideratur.

*Littera patet*) In promptu eſt litterę ſenſus, Hieron.

*qui ſponderit*) qui ſpopondit, Hieron.

*proximo ſuo*) pro amico, Hieron. pro proximo ſuo, uetus Tarracon. ſed uox pro olim non erat.

*ut eum*) ut ipſum amicum, Hieron.

*ipſum, & ſe liberet*) et ſe, et ipſum liberet, Hieron. et tres Tarraconen. poſterius, et, in veteri olim non fuerat. Verba Salomonis de hac re fuerunt. Fac ergo, quod dico fili mi, et temet ipſum libera; quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ; eruere quaſi damula de manu, et quaſi auis de laqueo. ſic apud Hieron. et in Complut. exceptis ultimis verbis, pro quibus eſt, et quaſi auis de manu aucupis. ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. LXX. tamquam auis ex rete. Compluten.

*Cap. 2. Salomon in parabolis*) priora uerba ſunt ex capite. 20. prouerbior. poſteriora ex cap. 22.

*Tolle ueſtimentum eius, qui fideiuſſor extiterit alieni*) ſic etiam Complut, et Hieron. extitit, duo Tarr. ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον τοῦ ἐγγυήσαντος ἀντὶ ἀλλοτρίου. LXX. Tolle ueſtimentum ſpondentis pro alieno. Complut. ſimilis fere ſententia eſt cap. 27. Tolle veſtimentum eius, qui ſpõdit pro alieno, et pro alienis aufer ei pignus. licet LXX. alijs ea uerbis expreſſerint. Vtrubiq. dici creditur, ut pignori potius, quam fideiuſsori credamus.

*& pro extraneis aufer ab eo pignus*) aufer pignus ab eo. Complut. et Hieron. καὶ ἀντὶ ἀλλοτρίας λάβε ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ. LXX. et pro aliena accipe pignus ab eo. Complut.

*Noli eſſe cum eis, qui defigunt manus ſuas, & qui uades ſe offerunt pro debitis*) his pro eis Complut. et Hieron. μὴ δίδου σεαυτὸν εἰς ἐγγύην αἰσχυνόμενος πρόσωπον. LXX. Ne des te ipſum in ſponſorem erubeſcens vultum, Complut. defigere manus videtur eſſe, quod ueteres manus conſerere, ſiue nexum facere dixerunt.

*Si enim non habes, unde reſtituas, quid cauſæ eſt, niſi ut tollat operimentum de cubili tuo?*) copertimentum, Barcin. uox niſi in Complut. non eſt, neque in duobus Tarracon. ſi enim non habet, unde reſtituat, quid cauſę eſt, ut tollas operimẽtum de cubili tuo? Hierõ.

ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃς πόθεν ἀποτίσῃς, λήψονται τὸ ϛρῶμα τὸ ἐπὶ τὰς πλευράς σου. LXX. Si enim nõ habueris, unde ſoluas, accipiẽt lectũ, qui ſub lateribus tuis (eſt). Compluī. excepta voce eſt. ϛρῶμα cur lectus dicatur potius, quam ſtragula uestis, non uideo.
*Cap. 3 ex concilio Carthaginen.*) cap. 70. Burch. li. 2. cap. 173. et Iuo parte 6. c. 254. decreti, ex concilio Cantuarien. Raim. et Cont. ex canonib. Apoſtolorum cap. 20. in concil. et in marg. Iuonis. hi canones ſumpti ſunt ex lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum B. Clemẽtis, in quo libro eſt hic canon 16.
*Clericus fideiuſſionib. inſeruiens abiciatur*) ſic etiã concil. Burch. Iuo, Raim. et Cont. alias ab eccleſia abijciatur, Cont. in marg. deponatur pro abiciatur, uetus liber cõcil. aptius. κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω. Til. et Clemens. hoc eſt, Clericus fideiubens deponatur. κληρικὸς ἐγγύας ὁ διδῶσι, ἢ δὲ καθαιρείσθω. Ariſten, in epitome. Clericus, inquit, non fideiubeat, ſi fecerit, deponatur. Hæc poſtea ita interpretatur, ut non fideiubeat lucro aliquo ductus, ſed pro paupere miſericordia ductus ſi fideiubeat, laudandus eſt. et Epiſcopi pro Epiſcopis in quarta actione cõcilij Chalcedonenſis fideiuſſores fuerunt. Licebit igitur iudicij ſiſtendi cauſſa pro clerico clericum fideiubere. Sic etiam Ioã. Zonaras ait diſtinguendum eſſe pro ſe, an pro alio fideiubeat. ſi pro alio, an lucri cauſſa, an caritatis zelo. iubemur enim animas noſtras pro fratribus noſtris ponere, quod etiam Ariſtenus dixit. ſed ſi nundinationis gratia pro publicano obligemur, uetitum eſt clericis, ne implicentur litibus, et negotijs ſæcularib. ſed clericum pro clerico ſiſtendi cauſſa cauere, licitũ eſſe conſtat ex generali quarta ſynodo. leges autem etiam iubent clericos fideiuſſores præſtare, ſi conueniantur. At Balſamon Theodorus dubitari ait, num fideiuſſores præbere, an fideiubere prohibeatur clericus. durum tamen eſſet, ut inops datis fideiuſſorib. deponeretur. ſi pro alio commodi ſui gratia fideiubeat, iure coërcetur. at qui miſericordia ductus eſt, deponi non debet. idq. cõfirmatur ex geſtis in quarta generali ſynodo, et ex nouella Iuſtiniani cxxiij. qua prohibentur quibuſdam ciuilib. munerib. clerici fungi, et pro eis cauſis fideiubere, adfert etiam c. 30. Chalced. ſynodi. quod pars actorum eſt, et mentio fit fideiuſſorũ quorundam Epõrum.
*Cap. 4. Lucius iij. Helien. Epõ, et Archidiacono NorWicen.*) Morinen. pro NorWicen. vetus Gregor. G. Helien. Epõ, et Archid. NoWicen. Barcin. Archiepõ Noruicen. Cont. et alij mendoſe, cetera, ut edita ſunt. Lucius iij. Epõ Elien. et S. Archidiacono Noruuicen. in concil. parte 23. cap. 5. vide ſupra de iuramento calumniæ c. 6. in hac collectione.
*ex tranſmiſſa nobis conqueſtione*) de pro ex concil. ex quæſtione, veteres Gregor. alijs omiſſis. ex conqueſtione, Cont. et alij. uox nobis olim in uno Tarr. non erat.
*de S. Albano*) hæc omittunt Raim. et Contius; ſunt in cõcil. et ſub tit. de iuram. calum. in Gregor. ſancto pro S. in tribus Tarr.
*pro Helia, & Philippo*) pro Ph. et pro Helia, concil. pro E. et F. uetus Gregor. pro C. et F. Contius, et alij. I. et F. canonicos, tit. de iuram. calũ. Raimund. pro E. et S. alter minus vetus Greg.
*Lundon. ad eorum &c.*) hæc uſq. ad uocem mercatoribus omittunt Raim. et Cont. ſunt in cõcil. ſed pro Lundon. eſt de Lund.
*pro altero Helia*) pro altero eorum Helia, Barcin. et duo Tarr. illorum pro eorum, concil.
*& pro altero*) vox et in concil. non eſt.
*in vij. marchis*) in viij. alijs marchis, uetus Tarr. in vij. alijs marchis, duo alij Tarr.
*mercatoribus Bon. fideiuſſit*) fideiuſſiſſet, Barcin. et tres Tarr. fideiuſſerit, uetus Gregor. fideiuſſiſſet mercatoribus Bononiæ, cõcil. Bononien. Cont. et alij, cetera ut uetus.
*eis, ſicut unus &c.*) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. uſq. ad uocem præſcriptam. tantum pro eis habent illis. et ei unus etc. concil.
*& alter*) ſicut et alter, concil.
*iuramento*) pro iuramento, duo Tarr. quod non placet, proprio iuramento forte ſcribendum.
*promiſerant*) promiſerat, Barcin. et concil.
*creditorib. pro ipſis pecuniã, ſicut inter eos cõuenerat, exhibere*) prędictis creditorib. pro ipſis, ſicut inter eos cõuenerat, prædictã pecuniã exhibere, cõcil. ſatisfacere de eadẽ, Raim. et Cont. alijs omiſſis, prædictis creditorib. tres Tarr.
*Ne igitur &c.*) hæc in concil. non ſunt; ſunt in Gregorianis.
*ſupradictus R.*) hæc omittunt Raim. et Cont.
*uener. f. noſtro*) I. additur in Barcin. et in duob. Tarr. omnia Raim. omiſit, et Cont. uener. fratri noſtro Ioanni, uetus Tarr.
*debitis illis*) vox illis non eſt in duob. Tarr.
*eorum reſcripta*) ſcripta, Barc. trãſcripta, Raim. et Cont. apertius.
*nobis mittere*) nobis pro vobis, unus Tarr.
*atq. pr.*) hæc omittunt Raim. et Cõt. atq. præcipimus, uetus Tarr.
*qua. ſi*) ſi, duo Tarr. altera voce omiſſa.
*ex confeſſione*) ſic etiam veteres Greg. ex conceſſione, Cont. et quidam alij non recte.
*prædictos clericos moneatis*) moneatis eoſdẽ, Raimund. et Cont.





*ut procuratori memorati R.*) ut memorato R. Raim.
*dil. & ap. ces.*) hęc omittunt Raimundus, et Cõt.
*Si uero ad veſtram &c.*) pro his uſq. ad illa, de eorũ, eſt in Gregorianis, alioquin. pro Si vero, eſt in Barcin. Si hoc uero.
*ap. remota in in. ſolui*) ap. ces. in integrum ſolui, Barcin. exſolui, Raim. et Cont. alijs omiſſis. ap. remota, in integrum perſolui, uetus Tar. ap. re. in integrum ſolui, alter Tarr.
*et damna*) etiam, addit Raim.
*idem R.*) hæc omittunt Raim. et Cont.
*pertulerit*) pertulit, Barcin. et Raim. et unus Tarr.
*aut procuratori eius prædictos redditus*) ac prędictos redditus ſibi, ueteres Greg. aut pro ac, Cõtius, et alij.
*donec ipſa*) donec ei ipſa, unus ex veter. Gregor.
*ſub. ap. ob.*) hæc etiam omiſit Raim. ut ſæpe alias.
*et beneficio*) hæc in Barcin. deſiderantur.
*Ceterũ quia &c.*) de his uerbis uide ſupra tit. de iuram. calum. c. 6.
*Cap. 5. in præſentia noſtra*) ſic etiam Raim. et Contius, et in cõcil. d. parte 23. c. 6. apud nos, Barcin.
*dilectus filius noſter*) hæc omittunt Raim. et Cõtius, et concilia.
*magiſter Stephanus*) M. Stephanus, concil. magiſter S. Raim. et Cont. L. pro S. unus ex ueterib. Gregor.
*pro magiſtro P. Bleſenſi cancellario*) Beleſenſi, Barcin. Ma. P. de Bleis cancellario, cõcil. uoce pro omiſſa. pro cancellario, Raim. et Cont. alijs omiſſis. Beluẽſi, uet. Tarr. Pleſenſi, duo alij libri.
*Lateranen.*) Lateran. Raim. et Cont. Laterani, concil. non recte.
*ad preces &c.*) pro his uerbis uſq. ad uerbum interceſſit, eſt in Gregor. in quadam ſumma pecuniæ. ut editum eſt, in concil.
*marchas*) marcis, uetus Tarr.
*interceſſit*) ſic etiam Raim. et Cõt. interceſſerit, concil.
*quas quoniam &c.*) hæc uſq. ad illa, Quia uero, in concil. non ſunt. quam pro quas, Raimun. et Contius. uox quoniam in altero ueteri Gregor. non eſt, in altero minus veteri eſt. quia pro quoniam Cont. et alij.
*iſte plurimas aſſerit*) ſe aſſerit, Barcin. et tres Tarracon. ſe aſſerit plurimas, Raim. et Cont.
*a creditorib.*) Bonon. addit Raimundus.
*& antiquum debitum plurimum augmentari*) et debitum augmentatum, Raim. et Cont. et debitum antiquum etc. unus Tarr.
*Vnde quia &c.*) pro his uſq. ad illa, in qua, eſt in Gregor. Ideoq. uox quia olim in uet. Tarr. non erat.
*præfatum P.*) pręfatum debitorem, Raim. et Cõtius.
*a præſcripta*) a prædicta, Raim.
*prorſus abſoluas*) ſcribendũ eſt, abſoluat, ut eſt in Gregor. et in Barcin. et Tarr. quattuor.
*omni gratia &c.*) hæc uſq. ad uocem eccleſiaſtica, omiſit Raim.
*diſtrictione compellas*) ſic etiam in ueterib. Greg. cenſura compellas, Cont. et alij.
*Quia uero diuerſa etc.*) De his uerbis ſcripſimus ſub tit. de iuram. calum. c. ult.
*teſtes in Angliam*) ſuos teſtes, Barcin. et Raimũdus.
*a P.*) a cancellario ipſo, Raim. et Cont.
*examinent, & interrogent*) et examinent, Raim. alijs omiſſis. examinẽtur, uetus Tarr. quod vix ferri poteſt.
*tranſmittant*) tranſmittentes in Gregor.
*& ſignificent*) vox et omittitur a Raim. et Cont.
*teſtibus, uel inſtrumentis poſſit haberi*) adhiberi Barcin. poſſit inſtrumentis, et teſtib. adhiberi, uetus Gregor. uel pro et Cont. et alij.
*Ceterum ſi &c.*) hæc omittunt Raim. et Cont.
*iudicio ſtare contempſit*) contempſerit, duo Tarr. iudicio tuo ſtare contempſerit, Barcin. plenius.
*poſt harum ſuſceptionem*) litterarũ, additur in Barcin. apertius. et in duobus Tarr. poſt vocẽ harum.
*beneficio alienum*) beneficio eccleſiaſtico alienũ. Barcin. non male, et vetus Tarr. in quo olim, ut editum eſt.
*debitoribus*) ſcribendum, creditorib. ut eſt in Barcin. et in uet. Tarr.

## TIT. XIX. DE SOLVTIONIBUS.

CAP. *un. (capitulo Monen.)* Morian. concil. parte 29. cap. 9. Mor. uetus Gregor. Morin. unus Tarr. et Cont. et alij. Morien. alter minus vetus liber, et duo Tarr.
*Ad hoc in Apoſtolicæ, &c. & infra*) ſic etiã Raim. et Cont. excepto etc. Integra clauſula ſcribi poteſt ex concil. in hanc rationem. AD hoc in Apoſtolicæ ſedis ſpecula ſumus, licet immeriti, domino diſponente conſtituti: ut aciẽ noſtræ conſiderationis ad uniuerſas eccleſias extendamus, et earũ commodis, et profectibus omnino intendamus. etc. Quæ poſtea ſequuntur, a lectoribus uideantur. mihi enim nõ eſt otiũ, ut eadem hoc loco totidem verbis deſcribam.

*Sicut filius &c.*) Altius uerba referre ex concil. placet. Quod ſi contigerit eundem Epiſcopū ante ſolutionem debitorum, quæ pro utilitate, et neceſſitate eccleſiæ ſibi commiſſæ contraxerit, ex hac luce migrare; de redditibus, qui ſpectant ad menſam eius, donec alius loco eius ſubſtituatur, eadem debita ſoluere ſtudeatis. Quo ſubſtituto Epiſcopum ad eorundem debitorū ſolutionē omnino adducetis, et ſicut filius etc.

*certa perſoluere tenetur*) ſcribendum eſt, contracta pro certa, ut in Barcin. et in duob. Tarr. eſt. forte cepta, uel capta. contracta tenetur perſoluere, concil. ſoluere tenetur, Raim. et Cont. ſcribunt ante illa, ita prælatus. et cōtracta pro certa, in fine totius capitis.

## TIT.XX.DE DONAtionibus.

CAP.1. *Gregorius Aſclepiodoto Patricio Gallorum*) A. pro Aſclepiodoto, Raim. Aſchelpidato, Cōt. in marg. ex li.12. indict.7. epiſt.17. regiſtri B. Gregorij. in meo eſt Aſcelpidato, in ueteri Aſcelpteudo. Accepidoto, uetus Tarr. Aſdepidoto, alter. Aſdepodito, tertius.

*Prudentes &c.*) Recte Contius addidit quædam a Raimun. prætermiſſa. Prudentes uiros, ſicut eſlis, Regibus adhærere, multorum ſolamen eſt. nam dum præſtanti ſibi locum ad animæ utilitatem datum intelligunt; certum eſt, quia mercedis cauſas, ubi inueniunt, nō poſtponunt. Quanto igitur affectu, quantaq. deuotione Gloria ſe ueſtra in cauſis pauperum ſtudio pietatis impenderit; dilectiſſimo filio noſtro Candido presbytero renuntiante comperimus. ſic in ueteri regiſtro. præſtanti pro præſtanti, eſt in editis.

*Hanc ſibi*) ſic etiam Raim. et Cōt. Sed cum hāc ſibi, regiſt.

*legem ponit*) ſic etiam uetus Raim. liber, et vetus regiſt. legem imponit, editi libri, et Cont. et alij. impoſuit, alter ex ueter. Raim. libris. legem præponit, unus Tarr.

*æſtimet*) ſic etiam regiſt. extimet, uetus Raim. liber, et duo Tarr. exiſtimet, Cont. et alij.

*beneficijs ſuis*) vox ſuis in Barcin. non eſt, habent ceteri.

*nil præſtitiſſe putet*) nihil præſtitiſſe ſe reputet, regiſt. nihil ſe præſtitiſſe putet, Raim. et Cont.

*& apud nobilium mentes etc.*) hæc omittūt Raim. et Cont. ſunt in regiſtro, ſed poſt alia verba, quib. presbyterū, et patrimonium eccleſiæ cōmendat. paterna, inquit, dilectione ſalutantes, Gloriæ veſtræ ſupraſcriptum presbyterum, et patrimoniolum eccleſiæ noſtræ fiducialiter cōmendamus: ut ope gratiæ ueſtræ præmunitum, moleſtias, et onera nulla ſuſtineat. et poſtea. Augete fauoris ueſtri præſidia: quia nobilium mētium ſemiplenum etc.

Quæ poſt uerba huius capitis ſcripta ſunt, in regiſtro uideantur. toto autē hoc capite ſine ulla iactura carere poteramus.

*Cap.2. Epō Papienſi*) Pariſien. Epō, Raim. et Cōtius. Pap. duo Tarr.

*alius eccleſiaſticus*) hæc omittunt Raim. et Cont.

*non dominus*) ſic etiam veteres Gregor. et nō dominus, Cont. et alij.

*bonæ memoriæ P.*) hæc omittunt Raimund. et Cont.

*& oneroſas eccleſiæ*) hæc etiam ab eiſdem omittuntur.

*ad quorundam inſtantiam*) hæc ſunt itidem ab eiſdem omiſſa.

*canonicis ſuis catholicis*) ſuis canonicis, Raim. alia voce omiſſa. forte catholicæ, ſiue cathedralis eccleſiæ.

*Vnde quoniam*) Vnde cum, unus ex ueter. Gregor.

*non tenent*) non teneant; idem vetus Gregor.

*ſt. auctoritate Ap.*) hæc omittunt Raim. et Cōt.

*indulgemus, ut donationes &c.*) indulgemus, ut tibi liceat donationes huiuſmodi tam a clericis, quā a laicis legitime reuocare, ueteres Greg. indulgemus tibi, ut liceat etc. ut ueteres, Cont. et alij.

*Cap 3. Idem*) Wigor. Epō. Barcin. et tres Tarr. Wigorn. Epō, uetus Greg. Vigor. Cont. et alij. Idem, in concil. parte 29. c.3. Alex.3. ſupra de conſuetudine cap.2. in hac collectione.

*Ceterum ſi abbatem &c.*) Ante hæc uerba eſt in Barcin. et trib. Tarr. pars c. Meminimus. et in d.c.2. et apud Cōt. in marg. uide, quæ diximus d.c.2. quod totidem uerbis ſcriptum eſt.

## TIT.XXI.DE PECVLIO clericorum.

CAP.1. *ex concilio Lateran.*) Arelat. Raim. et Cont. ex concilio Remenſi cap.6. Burch. li.3. c.118. et Iuo parte 3. c.94. decreti, et li.2. tit.4. cap.23. Panor. in concilijs editis nondum inueni.

*Inueſtigandum eſt, ſi nil*) nihil pro nil, Iuo, et Raimun. Inueſtigandum ſi nihil, Burch.

*prouectus eſt*) ſic etiam Burch. et Iuo, et ueteres Gregor. promotus eſt, Cont. et alij.

*& poſtea emerit prædia*) vox et omiſſa eſt a Burch.



Burch. Iuone, et Raim. poſtea prædia emit, Panor. poſtea emit prædia, unus ex veter. Gregor.

*iuris ſint*) ſic etiam Raim. et Burch. ſunt, Iuo.

*nil habens*) nihil habēs, Raim. et Cōt. de nihil habente, Barcin. Burch. et Iuo.

*eſſe debet*) ſcribe, eſſe debēt, ut duo Tarr. et alij omnes habēt, præter Panor. et unum Tarr. eſſe debeant, uetus Burch. liber.

*Cap.2. ex concilio Arauſico*) Auraſico, Tarr. quattuor, et Contius. in marg. ex eodem Raim. hoc eſt ex Arelaten. Arauſico cap.54. Burch. li.3. c.119. rectius Iuo ex concil. Agathēſi cap.54. Iuo parte 3. c.95. et d. tit.4. c.24. in concil. Agathen. Grat. 12. q.4. c. ult. et recte Demochares addidit c.54. ex concil. Magocien. eſt in uno veteri Gratiani libro mendoſe.

*Presbyter cum*) dum pro cum in concil. ceteri libri, cum.

*tenet*) habet, uetus Grat. liber.

*ſuperemerit*) ſic etiam Raim. et Cont. emerit, cōcil. Burch. Iuo, et Grat.

*ad eccleſiæ*) ad ipſius eccleſiæ, Raim. et Cont. vox ipſius in alijs Burch. Iuo. et Grat. libris non eſt, neq. etiam in cōcil.

*aut ab eius, quam tenet, eccleſia ordinatione diſcedat*) ſic etiam concil. Burch. et Grat. aut ab eius ordinatione diſcedat, Raim. et Cōt. ut pro aut Iuo, et non diſcedat pro diſcedat, quod non æque placet. ut pro aut, unus ex ueter. Grat. libris. ordinationem pro ordinatione, unus Tarrac.

*Cap.3. ex epiſtola Pij Papæ*) ſic etiam Raim. et Cont. ex concilio Carthagin. c.45. Burch. li.3. cap.121. et Iuo d. tit.4. c.26. Panor. ſed rectius idem parte 3. cap.96. decreti ex concil. Carthagin.3. c.48. et videtur eſſe ſumptum ex titulo capitis 49. eiuſdē cōcilij. verba eiuſd. capitis 49. extant apud eoſdem Burch. cap. eod. d. libri 3. et Iuon. cap.25. Panor. et d.c.96. decreti, et apud Grat. 12. q.3. c. uno.

*Vt unuſquiſq. &c.*) ſic Burch. Iuo, et Raim. ſed in concilijs editis eſt hic titulus capitis 49. Vt ea, quæ quis in eccleſiaſtico poſitus gradu adquiſiuit, eccleſiæ conferantur. et in ueteri libro Romano cap. 38. concilij Carthaginen. Vt ne quis eccleſiaſticas res ſibi mācipet. Apud Creſcon. cap.248. hæc uerba ſunt. Vt ſiquis clericorum pauper promotus in ordine, aliquid poſtea habuerit, eccleſiæ poteſtati ſubiaceat, concil. Carthag. tit.32. eſt autem idem titulus cap.32. concilij Carthag. in corpore canonum, excepta uoce Vt. ἐάν τις τῶν κληρικῶν πτωχὸς προκόψας εἰς τινα τάξιν κτήσηται τινὰ, ὀφείλει τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων. Titulus. cap.32. Carth. pro eccleſiæ poteſtati eſt, poteſtati Epiſcoporum, in Græcis verbis.

*poſt diem*) ſic etiam Raim. et Cont. poſt diem Burch. et Iuo, et unus Tarr.

*relinquat*) cenſemus, additur in veteri Tarr. ſed olim, ut editum eſt.

*Cap.4. ex dictis Auguſtini*) ex ſermone 53. ad fratres in eremo de communi vita clericorum. extat etiam is ſermo relatus totidem verbis in concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Imp. cap.115. magna etiam pars refertur ab Anſelmo Lucenſi libr.7. cap.6. aliquot verba refert Grat. 12. q.1. cap.10. cuius initium eſt, Nolo, ut aliquis etc. quod initium ſumptum eſt ex ſermone 52. eiuſdem Auguſtini.

*Ego, qui in primis conceſſi clericis habere proprium, nunc dico*) Ego, qui primis conceſſi clericos etc. uetus Tarraconen. olim. Dixeram enim, et ſcio me dixiſſe, ut ſi nollent ſuſcipere ſocialem uitam mecum, non illis tollerem clericatum: ſeorſum manerent, ſeorſum uiuerent: quomodo nollent, Deo viuerent. Et tamen ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, uel claudos; quam plāgere mortuos. qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo quicumq. uoluiſſet extra manere, et de ſuo viuere; non ei tollerem clericatum: ita modo quia placuit illis Deo propitio ſocialis hæc uita; quiſquis cum hypocriſi vixerit, concil. prout ſi nollent, eſt in editis Auguſt. libris, quod ſi nollem, mendoſe. et ante ſeorſum manerent, additur ſed, non male. Anſel. ut concil. ante vocem ſocialem eſt apud Grat. etiam, et ante ſeorſum eſt ſed, et poſt uerbum uiuerent deſiderantur multa uſque ad uerbum Malui, pro placuit illis, eſt apud eundem placuit eis. In uno veteri Grat. libro eſt, Dixeram etenim. et in tribus ueteribus libris eſt vox etiam ante uerbum ſuſcipere, in uno eſt omiſſa. pro cæcos, et claudos, eſt in uno languidos, in altero debiles, vel claudos, in tertio claudos tantum, in quinto additur illos ante vocē cæcos. pro qui enim, in trib. veterib. eſt, quicumq. enim.

*quiſquis clericus inuentus fuerit*) uox clericus non eſt apud Aug. neque apud Anſel. neq. Gratianum. quiſquis fuerit, concil. alijs omiſſis.

*ut inde faciat*) inde facere, unus ex veter. Gratiani libris.

*delebo eum*) ſic etiam Aug. Anſel. et Grat. deleo eum, concil. uide c.2. concilij Agathen. apud Grat. diſt. 50. c. 21. et Iuo. parte 6. c. 366. decreti.

Poſt uerba huius capitis additur in Aurelij Auguſtini ſermone, et in cōcil. Aquiſgran. et apud Anſel. Interpellet contra me mille concilia, na uiget contra me, quo uoluerit; ſit certe, ubi potuerit adiuuabit me dominus; ut ubi ego Eps ſum, ille clericus eſſe non poſſit. etc. cōſilia pro concilia, et illic pro ille, et Deus pro dominus, in editis Aug. libris. apud Grat. his omiſſis alia uerba ſequūtur ex alia parte eiuſd. ſermonis. Appellantur autem hi ſermones in concil. de uita, et morib. clericorum, ab Anſelmo, ſermo de communi uita clericorum, item a Gratiano.

*Cap. 5. ex concilio Toletano*) ſic etiā Burchar. li. 3. c. 122. et Iuo parte 3. c. 96. decreti. ſed in concilijs non inueni.

*ceterum presbyteri ſi*) presbyter, Barcin. Burch. et Iuo. ſi presbyteri, uetus Tarr.

*ordinationem ſuam*) uox ſuam omittunt Burch. et Iuo.

*acquiſierint*) acquiſierit, Barcin. Burch. et Iuo.

*& nil.*) et nihil Iuo, nihil Burchar. editus, et omiſſo. ſed in ueteri libro eſt.

*conſtitutum eſt*) ſic etiam Iuo, et Burch. editus, ſtatutum eſt, uetus Burch. liber.

*Cap. 6. ex concilio Remenſi*) capite x. Burch. li. 3. c. 123. et Iuo d. c. 96. Raim. et Cont. ut editū eſt.

*Inquirendum eſt ſi aliquis*) ſic etiam Iuo, et ueteres Gregor. vox eſt a Burch. omittitur, ſiquis pro ſi aliquis, Cont. et alij.

*ac uotis*) ſic etiam Burch. et Iuo. uel pro ac, Raimundus.

*alieno nomine*) ſic etiam Raim. et Cont. alio nomine, Burch. et Iuo.

*comparauerit*) ſic etiam Burch. et Iuo, et ueteres Gregor. comparauit, Cont. et alij.

*& ibi ſtructuras &c.*) hæc uſq. ad illa, quia ſicut, omittunt Raim. et Contius; habent Burch. et Iuo.

Poſt uerbum collocauerit, apud Burch. eſt. et mulierum frequentationem inibi fieri permiſerit; uel quod turpius eſt, tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium ſuum exerceat, et curam domus agant; et in eadem presbyter frequenter ueniens manſerit, et contra decreta canonum hoc malum agat. Totidem verbis Iuo, hoc agant malum, uetus Burch. liber.

*ſicut non ſuo &c.*) Hæc ſunt Leonis Papæ verba epiſt. 1. c. 4. ex concil. et regiſt. et corp. can. c. 4. Leonis. refert Grat. diſt. 46. c. ult. Anſel. li. 7. c. 150. et Burch. lib. 2. c. 121. varietas non nulla eſt.

*presbyter*) aliquis clericorum, Leo, ubi ſupra.

*ſinus exercere debet, multo minus*) hæc in Gregor. omiſſa ſunt. habent ea Burch. et Iuo.

*fraudem*) fraudes, unus Tarr. in fraudem, alter.

*quoniam hoc*) quando hoc, Iuo. debet. quoniam hoc, Raim. quōd hoc, uetus Burch. liber.

*par crimen*) ſic etiam Burch. pars criminis, Iuo. par criminis, uet. Greg. par crimini, Cont. et alij, et tres Tarr. olim, poſtea ut editum eſt.

*Iudæ furis*) ſic etiam Burch. et Raim. Iudæ fit, Iuo. furis libris ex Clemen. epiſt. 2. Grat. 17. q. 4. c. 15. ſi forte. Iuo parte 2. c. 65. et parte 6. c. 88. decreti.

*aſportabat*) aſportabit, unus Tarr.

*Cap. 7. ex concilio Toletano*) ſic etiam Raim. et Cont. ad de ſecundo capite quarto, ex concil.

*agellos, uel uineolas*) ſic etiam Raim. et Cont. agellos, uel uineolas, ſeu alia ædificia, concil. rectius.

*in terra*) ſic etiam Gregor. ix. in terris, concil. in terram, duo Tarr.

*probabitur*) probatur, concil. probab itur, Raim. et Cont. probabit, unus Tarr.

*uitæ cauſa*) ſic etiam Raim. uitæ ſuæ cauſa, concil.

*Verum poſt ſuum de hac luce deceſſum*) poſt ſuum uero de hac luce deceſſum, concil. Verum poſt ſuum deceſſum, Raim. et Cont. alijs omiſſis. diſceſſum pro deceſſum eſt in marg. concil.

*uixta propriam canonum inſtitutiones, in ſuum*) conſtitutiones pro inſtitutiones Barcin. et concil. omittunt omnia Raim. et Cōnt.

*eccleſiæ reſtituat*) ſic etiam in Gregor. eccleſiæ ſanctæ reſtituat, concil. ſuæ pro ſanctæ, tres Tarr.

*nec teſtamentario, aut*) ſic etiā Raim. ac pro aut, concil. nec a teſtamentario, aut, Barcin.

*pro heredum*) ſic etiam Raim. et Cont. aut pro heredum, concil.

*niſi forſitan*) ſic etiam in concil. niſi forſan, Cōt. tali forte, alius ex ueter. Gregor.

*ſeruitijs, ac præſtatione*) ſcribendū pro ſeruitijs, ac præſtatione, ut in cōcil. eſt, et in Barcin. et in Gregorian. pro ſeruitijs, ac de præſtatione, uetus Tarr. olim tamen de, et pro fuerant omiſſa. in altero præſtatione: quam uocē Alanus probat. utráq. interpretatur, ideſt præordinatione, et prætextu, quod non placet.

## TIT. XXII. DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS UOLUNTATIB.

*Cap. 1. Gregorius in regiſtro*) Gregorius Petro ſubdiacono. ſcribendum ex libro 1. epiſt. 9. regiſt.



9. regiſtri.

*Teſtamentum Baucadi*) Baucadæ eſt in trib. Tarr. Baricardæ in Barcin. Teſtamentum autem Bacādæ in regiſtro. uero pro autem eſt in vet. reg. ſic Bacandæ Epo Formienſi mittitur epiſt. 8. lib. 1. et de obitu Bacaudæ Antiſtitis mentio fit lib. 6. epiſt. 16. c. 180. indict. 15. Bacadæ eſt in editis, in veteri Bacaudæ. Ante hæc uerba ſcribi potuit, pars cap. Gregorius. uide 16. q. 4. c. 2. ex ead. epiſt.

*nunc vero Foren. Epi*) Formiani fortaſſe, ut d. ep. 8. hæc in reg. non ſunt.

*firmitate perſiſtere*) ſic vetus liber regiſtri. in editis, in firmitate perſiſtere, aut firmitate, altera uoce omiſſa.

*Cap. 2. Idem Anthemio ſubdiacono*) Greg. Anthemen. ſubd. uetus Raim. liber. Aut. ſubd. alter minus vetus. Gregor. 3. Antonio ſubdiac. Cont. et alij. Greg. r. in marg. Cont. ex lib. 7. epiſt. 52. regiſt. recte. ſcribo, Idem Anthemio ſubdiacono Campaniæ, ex veteri regiſtro. Campano ſubdiacono, editus liber.

*quod Importunus*) eo quod Importunus, regiſt. quod I. Raim. et Cont. qui in marg. ſcripſit Importunus.

*Atellanæ*) Attellanæ, regiſt. et vetus Gregor. ego Stephanum ſequor, et nummos.

*dum de hac luce migraret*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in regiſt.

*totius ſubſtantiæ*) vox totius ab eiſd. omittitur, eſt in regiſtro.

*nurum ſuam inſtituit heredem*) heredem inſtituit, duo Tarr. inſtitueret, Barcin. pro inſtituit. nurū ſuam heredem inſtituerit, regiſt. nurum ſuā heredem conſtituit, vetus Raim. liber. nurū heredem inſtituit, Cont. et alij.

*eccleſiam ſuam*) ſic etiam Raim. et Cōt. et eccleſ. ſuam, regiſt. et unus ex veter. Raim. libris.

*hortamur ergo experientiam tuam*) ſic etiam in regiſtro. hortamur ergo, veteres Raim. libri, alijs omiſſis. igitur pro ergo, Cont. et alij.

*ut ſollicita inquiſitione*) ſic etiam in regiſtro. ut ſollicite hoc, Raim. et Cont.

*eccleſiæ ipſius eſſe patuerit*) ſic in regiſt. ipſum habuiſſe patuerit, Raim. et Cōt. eccleſiæ ipſius eſſe ſuis potuerit, vetus Tarr. olim, mox eccleſiæ tuæ patuerit.

*Quidquid uero, uel ante eccleſiæ*) ſic in regiſtro. Quidquid vero poſt, vel ante eccleſiæ, Barcin. uel ante, uel poſt, in marg. Tarr. unus. Quidquid vero eccleſiæ ante, Raim. et Cont. et poſt, additur pro ſcholio in veteri Tarr.

*ipſius eſſe*) ſic etiam in regiſtro. ipſius conſecrationē fuiſſe, Raim. et Cōt. vox eſſe in veteri Tarr. olim non erat.

*acquiſiuiſſe*) ſic etiam Raim. acquiſiſſe, alter ex editis regiſtri libris, et alter ex veterib. Raim. libris.

Poſt verba huius capitis additur in regiſtro, nec quiſquam exinde aliquid uſurpare qualibet occaſione præſumat. etc. mox adduntur alia, quæ pertinent ad electionem Epiſcopi.

*Cap. 3. Gregorius*) Idem, Raim. et Cont. aptius. ſed addi potuit, Ianuario Epo Caralitano, ex epiſt. 7. eiuſd. libri 7. regiſtri. et Anſel. Lucen. lib. 7. c. 182. Carolitano mendoſe Grat. 19. q. 3. c. 7. ſed in duob. veterib. eſt Caralitano.

*Quia ingredientibus &c. et infra*) ſic etiam Raim. et Cont. excepta voce etc. Integra clauſula in regiſtro eſt hæc. QVIA ingredientibus monaſterium conuertendi gratia, ulterius nulla ſit teſtandi licētia; ſed res eorum eiuſdē monaſterij iuris fiant: aperta legis definitione decretū eſt. Quod cum pæne omnibus notū ſit; in magna nos Gabinæ Abbatiſſæ monaſterij ſanctorum Gabini, atq. Luxurij inſinuatio admirationē perduxit. etc. hæc in veteri regiſtro ſunt, pro nulla ſit, in quibuſd. editis vox ſit deſideratur, pro Gabinæ eſt Grauiniæ, pro Gabini, atq. Luxurij, eſt Gauini, et Luxorij. Anſelmus refert verba ſupraſcripta uſq. ad illa decretum eſt, pro ſed res, habet, ſed ut res. Gratianus itidē uſq. ad illa decretum eſt, refert. et eodem modo ſcribit, ſed ut res, ut Anſel. et hoc amplius pro monaſterij iuris fiant, habet, monaſterij ſint. vide Nouel. 5. c. 4. et Nou. 123. cap. 56. Iuſtinian. pro res eorum, in vno veteri Grat. libro eſt, res omnes.

*Gabiniana Abbatiſſa queſta eſt*) Sabiniana, Barcin. Gibina, vetus Raim. liber. Gabina Abbatiſſa conquæſta eſt, Cont. et alij. Gadimatia, in marg. Cont. pro his omnib. eſt in regiſtro unica vox quæ, et refertur ad Gabinam. quod pro quæ eſt in veteri libro non recte.

*Syricam*) ſic etiam in regiſtro. S. quondā, Raim. et Cont. qui in marg. habet Silicam.

*quibuſdam reliquiſſe*) ſic etiā veteres Raim. libri. quibuſdam aſſerunt reliquiſſe, regiſt. reliquiſſe, Cont. et alij, ceteris omiſſis.

*dicens eam*) ſic etiam Raim. et Cont. multa pro his uerbis ſunt in regiſtro. Et dum de ſanctitatis ueſtræ ſollicitudine quæreremus, cur res monaſterio competentes ab alijs pertulerit detineri: communis filius Epiphanius Archipresbyter ueſter præſens inuentus reſpondit, meliorātam Abbatiſſam. ſic uetus regiſtri liber, monaſterij pro monaſterio eſt in editis.

*uſque in diem obitus ſui*) ſic etiam Raim. et Cont. uſq. ad diem obitus, regiſt. omiſſa voce ſui, eſt tamē in veteri libro. ad pro in unus ex vet. Raim. libris.

libris.

*monaſticam veſtem non induiſſe* ) non induiſſe habitũ monachalem, Greg.9. indui ſe monachica veſte noluiſſe, regiſt. monachicam, duo Tarr. monachiam, tertius.

*presbyteri permanſiſſe* ) ſic etiam Raim. et Cont. presbyteræ pro presbyteri eſt in regiſtro aptius. ſic dicebantur olim presbyterorum vxores, cum quibus, ut ſorores uiuebant.

*ſicut et illa &c.* ) totidem verbis Raim. et Cont. uſq. ad verbum Neceſſariũ. ſed in regiſtro hęc ſunt. Ad hęc replicabat prędicta Gabina, hoc pæne ex conſuetudine licuiſſe; adeo, ut Abbatiſſam, quæ ante ſupraſcriptam Syricam fuerat, talibus uſam fuiſſe ueſtibus allegaret. Cum ergo de qualitate veſtium nec nos mediocriter coepiſſemus ambigere. pro Gabina, quæ vox eſt in veteri libro, Grauinia eſt in editis. pro Cum ergo eſt in veteri, Cumq. ergo.

*ipſam fuerat* )ſic olim, mox fuerit, in vet. Tarracon.

*hoc pæne* )ſic etiam in regiſtr. et in ueterib. Raim. libris. hoc plene, Cont. et alij non recte.

*Neceſſarium ergo viſum eſt* ) uox ergo in regiſtro nõ eſt. In contrariũ ergo uſum eſt, vetus Raim. liber, non ſine mendo. ut editum eſt, Cont. et alij.

*tam cum conſiliarijs etc.* )hæc uſq. ad illa, poſt quã Abbat. omittunt Raim. et Cont. ſunt in regiſtro, una voce addita, ut tam cum conſil. etc.

*ſi quid* ) vox ſi in regiſtro non eſt.

*tractaret* ) tractare, Barcin. et tres Tarr. aptius. tractarem, regiſt. non male.

*qui tractantes* ) qui contractantes, tres Tarr.

*dixerunt* ) reſponderunt, regiſt.

*poſtquam Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt* ) ab Epõ, omittunt Raim. et Cont. poſtquam ſollẽni more Abbatiſſa ab Epo ordinata eſt, regiſtrum.

*et monaſterio* ) et in monaſterio, Raim. vox et in uno ex veter. Raim. libris deſideratur. et in monaſterij regimine, regiſt.

*ad obitum* ) ſic etiam Raim. ad uitæ ſuæ tranſitũ, regiſt.

*præfuit* ) præfuerit, unus ex veterib. Raim libris.

*pertinere* ) ſic etiam Raim. reſpicere, regiſt.

*eſſe permiſit* ) eſſe permiſerit, vetus, regiſtri liber. permiſerit, editi libri altera voce omiſſa. ut editũ eſt. Raim. et Cont.

*potuiſſe* ) debuiſſe, unus ex veter. Raim. libris.

*irrogare* ) generare, quidam editi Raim. libri, et unus ex veter. libris.

*ex eo, quo illic* ) quod pro quo, Barcin. et unus Tarr. vox eo a Raim. eſt omiſſa, ex eo, quo illuc, vetus regiſtri liber. quod pro quo editi libri.

*ingreſſa Abbatiſſa* ) ſic etiam in regiſtris editis. ingreſſa, et Abbatiſſa, vetus liber, et Raim. in uno tamen veteri Raim. libro, et, recenti manu additum eſt.

*de iure* )ſic etiam Raim. manifeſto iure, regiſt.

*et ideo ſi litigium etc.* )hæc omittũt Raim. et Cõt. ſunt etiam aliter ſcripta in regiſtro in hunc modum. Et ideo, quia ex dimiſſis illicite rebus xenodochiũ poſſeſſionem aſſerit indebite retinere; his uos hortamur affatibus, ut quia et monaſterium, et xenodochium ipſum in veſtra eſt ciuitate poſitum; omni cura, ac ſtudio prouidere debeat; quatenus ſi poſſeſſio ipſa ex nullo præcedenti contractu, ſed ex memoratæ Syricæ legato deſcendit; ante dicto monaſterio, poſtpoſito ſtrepitu, uel excuſatione reddatur. Si uero ex alio forte dicitur obueniſſe cõtractu; aut fraternitas veſtra inter partes cognita veritate, quod legalis ſuaſerit ordo definiat, aut mutuo ſibi conſenſu arbitros eligant. Et poſtea. Alia igitur omnia, quæ ex teſtamento prænominatæ Syricæ detinentur; quippe quod nullum eſſe legali ſanctione permittitur; neceſſe eſt, ut iuri monaſterij fraternitatis ueſtræ ſollicitudine, ſacerdotali per omnia ſtudio reparentur etc. In fine adduntur verba a Gratiano relata 25. q. 2. c. 13.

*Cap. 4. ex concilio Lateran.* ) ſic etiam Raim. et Cõt. qui in marg. addit cap. 27. ſed in editis cõcilijs eſt cap. 15. concilij Lateranenſis ſub Alex. 3.

*primo loco illi* ) illis ſcribendum, ut in Barcin. et trib. Tarr. et Gregorianis eſt, illis primo, concil. omiſſa voce loco.

*cognouimus recepiſſe* ) cognoſcimus recepiſſe, Barcin. et tres Tarr. et Raim. cognoſcimus accepiſſe, concil. dinoſcimur recepiſſe, unus ex veter. Gregor.

*econtra* )ſic etiam Raim. et Cont. eccleſiaſtici, in concil. mendoſe.

*multa beneficia* )ſic etiam Gregor. 9. multa bona, concil.

*bona tamen per eccleſiam* )bona per eas, Raim. bona per eccleſias, concil. eos pro eas unus ex veter. Gregor.

*in alios transferre præſumunt* ) ſic etiam Raim. et Cont. in alios uſus præſumunt transferre, concil.

*et antiquis* )ſic etiam in concil. vox et in Gregorianis eſt omiſſa.

*inhibitum* ) eſſe inhibitum, unus ex veter. Gregor.

*nos etiam inhibemus. Indemnitati igitur eccleſiarũ)* nos etiã nihilominus inhibemus. Indemnitati itaq. eccleſiarum, concil. nos indemnitati eccleſiarum, Raim. et Cont. alijs omiſſis, nos etiam nihilomi-



nihilominus, unus Tarr. et Barcin. cetera, ut edita ſunt.

*ſiue alij* ) ſic etiam veteres Gregor. ſiue alijs, concil. et unus Tarr. et Cont. et alij.

*penes eccleſias* )ſic etiam Raim. et Cont. penes eccleſiam, concil. et unus Tarr.

Poſt verba huius capitis ſunt in cõcil. verba poſita ſub tit. ne prçlati vices ſuas. cap. 1.

*Cap. 5. Alex. iij.* )ſic etiã Raim. et Cont. Cenomanenſi Epõ, additur in concil. parte 29. cap. 8.

*pars c. Tua nos* ) ſic etiam Cont. in marg. Tua nos duxit, Barcin. Integra clauſula exſtat, ut ſuſpicor, ſub tit. de clericis peregrinis c. 1.

*in ægritudine conſtituti* ) ſic etiam Raim. et Cont. in ægritudine etiam conſtituti, concil. aptius.

Alias varias lectiones ſcribere nolumus; lectores tã in hoc, quam in alijs capitibus erũt diligẽtiores: nos enim feſtinamus, varijs occupationib. impediti.

*Cap. 6. Vigilenſi Epõ* Vigilienſi Epõ, vet. Tarr. et vetus Gregor. Vigilen. Cont. et alij. Panor. Archiepõ, in concil. d. parte 29. c. 5.

*Quia nos tua &c.* )Tua nos, alias Quia nos, et infra. vetus Gregor. Quia tua nos etc. cõcil. Quia nos, et infra, Cont. et alij. Recte autem Cont. omiſſa a Raim. rettulit paucis exceptis.

*prudentia* )ſic etiam in concil. fr. Cont.

*clerici de mobilib. uel immobilib.* ) clerici ſæculares de mobilib. uel immobilib. rebus, Barcin. et unus Tarr. clerici ſcholares de reb. mobilib. aut immobilib. concil. clerici ſęculares de mobilib. reb. Cont. placet Barcin. ſcriptura. et pro vel eſt in uno Tarr.

*peruenerit* )ſcribe, peruenerint, ut eſt in Barcin. et in trib. Tarr. et in veteri Greg. perueniunt, concil. peruenerunt, Cont. et alij, et unus Tarr.

*eccleſiæ ſuæ* )uox ſuę in uno Tarr. non eſt.

*perceperunt* )ſic in concil. et in Gregor. perceperint, Barcin.

*Cap. 7. pars c. Tua nos. et infra* )hæc omittũt Raim. et Cont. pars cap. ſupra de clericis matrimonio copulatis. in concil. d. parte 29. cap. 6. ille uero tit. eſt parte 18. caputq. primum eſt Alex. 3. Salernitano Epõ, ut hoc ipſum inſcriptum. de verbis eius capitis dictum eſt ſub tit. de cohabitatione clericor. etc. cap. 4. Prima eius capitis clauſula olim fuiſſe notatur Cum tu. exſtatq. ſub tit. de uſuris. Hoc fortaſſe initium mendoſum eſt.

*Ad hæc licet conſuetudo &c.* )Ad hæc licet, et infra, Raim. et Cont. ceteris omiſſis uſq. ad illa, Illud eſt. ſunt autem in concil. Ad hoc, unus Tarr.

*ad Kal. Nouembris* )ad kalendas Septembris, unus Tarr.

*quod debet* )quem deberet, concil. aptius. quem debet, unus Tarr.

*ſecundum ſuam uoluntatem* )pro ſua voluntate, Barcin. pro uoluntate ſua, concil.

*Epiſcopatu* ) Archiepiſcopatu, Barcin. et concil. rectius, et duo Tarr.

*grauetur onere debitorum* ) grauetur debitis, concil.

*Illud eſt omnino* )Illud uero eſt omnino, Barcin. Et illud eſt omnino, cõcil. Illud eſt omni, Raim. et Cont. omnino, unus ex veter. Gregor.

*Archid. et Decanatum optineat* ) Archid. et Cant. aut Archid. et Decan. obtineat, Barcin. et duo Tarr. excepto vel pro aut in altero eorũ. Archidiaconatũ, et Cantoriam, vel Decanatũ obtineat, cõcil. plures dignitates, vel perſonatus obtineat, Raim. et Cont. vel perſonam, unus ex veter. Gregor.

*in eccleſijs* ) ſic etiam Raim. et Cont. quæ ſunt in eccleſijs, concil.

*Cap. 8 Carnoten. Epõ* )Tornacen. Epõ, Raim. et Cont. Carnoten. unus ex veter. Gregor.

*Admonet nos cura &c.* ) Admonet et infra. Raim. et Cont. omittunt autem omnia uſq. ad illa, uniuerſis eccleſiaſticis perſonis. ſed et ipſum verbum hoc eccleſiaſticis.

*f. t.* )fraternitati tuæ, vetus Tarr.

*de earum bonis* ) de eccleſiarum, Barcin. et duo Tarr.

*acceſſerint* )acceſſerunt, Barcin.

*bona ipſis eccleſijs* )bona ipſa ipſis eccleſijs, Barcin. et unus Tarr. bona eccleſijs ipſis, duo Tarr.

*quæ ipſis pro* )quæ pro ipſis, tres Tarr.

*acceſſerunt* )acceſſerint, unus Tarr.

*etiam ex parte* )vox etiã deleta eſt in vet. Tarr. non eſt in altero.

*aut detinere* )aut etiam detinere, unus ex veter. Gregor.

*prohibitionem tuam* ) ſic etiã veteres Gregor. ſuã pro tuam Contius, et quidam alij mendoſe.

*auctoritate noſtra, et tua fretus* )hęc omittũt Raim. et Cont. tuaq. pro et tua, duo Tarr.

*Cap. 9. Idẽ Vbaldo Oſtienſi Epõ, et Archiep. et canonicis Velletræ.* )Velletren. tres Tarr. et Barcin. et Archipresbytero pro Archiepõ, aptius. Idem Oſtienſi Epõ, Raim. et Cont. Idem Huboldo Hoſtien. Epõ, et Archipresbytero, et canonicis Vuellectur. in concil. parte 50. c. 20. additurq. ſumptũ eſſe ex lib. 13. regiſtri Alex. 3. Hubaldo Hoſtiẽ. tres Tarr.

*Cum eſſes frater Epe* )ſic etiam in cõcil. Cum eſſes, Raim. Cum (tu frater Epiſcope) eſſes; Contius.

*diligenti nobis narratione propoſuiſti* ) diligenti nobis aſſertione innotuiſti, concil. propoſuiſti, Raim. et

Raim.et Cont.alijs omiſſis.nobis diligẽti, unus Tarr.
*inoleuiſſe*) ſic etiam in concil.obtinere,Raim.
*ab ijs,qui poteſtatẽ habent ſuper alios*)illos pro alios, duo Tarr.ut ab his,concil.hæc omnia Raim. et Cont.omittunt.
*reſcinduntur*) ſic etiamveteres Gregor.reſcindãtur,concil.et Cont.et alij.
*decernunt*)decreuerunt,unus Tarr.
*in ore*)ſic etiam in concil. et in uno ex veter. Gregor.quod in ore,Cont.et alij. de his verbis alibi diximus.
*parochiani veſtri*) vox veſtri a Raim. et Contio eſt omiſſa.
*et tribus*)ſic olim in vet.Tarr.mox vel pro et,nõ ineptiſſime,
*vel duob.*) ſcribe,vel duab.ut in Barc. et in cõcil. et in Greg. duob.olim in uno Tarr.mox duab. Alias varias lectiones omittimus.
In fine huius capitis eſt in concil. Præterea cũ Principes etc. integram clauſulam adhuc quærimus.
*Cap.10.Idem iudicib.Velletr.*)Velletren.Tarrac. duo,Velletr.vetus Gregor. alter,ut Tarracon. Vellenen. d.parte 50. cap.9.et Cõt. et alij.additur in concil.ex libro 1.regiſtri Alex.3. quod ſi verum eſt,ante caput 9.hoc ſcribi debuit habita temporum ratione.
*Relatum eſt aurib. noſtris quod cum ad veſtræ diſcuſſionis examen aliqua ſuper teſtamẽtis relictis eccleſiæ cauſa deducitur*) vox relictis in concil.non eſt, et in veteri Tarr. olim non fuerat, Relatum eſt, quod cum ad veſtrum examẽ ſuper relictis eccleſiæ cauſa deducitur,Raim.et Cont.
*vos ſecundum &c.*)hæc omittunt Raim.et Cont. uſq.ad illa,niſi vij.excepta voce vos.ſunt in cõcil.omnia.
*producti fuerint*)ſic etiam in cõcil.interuenerint, Raim.
*omnino poſtpoſitis exinde iudicare*)non proponitis pro poſtponitis, concil.inde poſtponitis iudicare,Raim.et Cont.
*Unde quia &c.*) Recte Cont. addit hoc loco a Raim. prætermiſſa,quæ ſunt etiam in concil.
*huiuſmodi cauſa*)vox cauſa in concil.non eſt: eſt apud Cõt.cauſæ pro cauſa,duo Tarr.
*iudicijs eccleſiæ*)vox eccleſiæ in Barcin. deſideratur,habent alij.
*debet tractari*) ſic etiã Cont. debent pro debet, concil.et duo Tarr.
*et his*)et in his,Barcin.et concil.et tres Tarr.et in ipſis,Cont.
*ſuper teſtamentis eccleſiæ relictis*)ſic etiam in cõcil. tal.Raim.et Contius.
*ea non*)ſcribe,eam nõ ,ut eſt in concil.et in Gregorianis,et in duob.Tarr.
*ſecundum decretorum ſtatuta*)ſic etiam Raim. et Cont.ſecũdum canones, iuxta decretorum ſtatuta,concil.
*et tribus*)vox et non eſt in concil. neq. in Greg.
*teſtibus*)requiſitis,additur in concil.et in Greg.
*Cap.11.ex concilio Magocen.*)Magũtino,Raim. et Cont.Maguncenſi cap.1.in concil. parte 43. c.5.tit.de ſepulturis,et defunctorũ uoluntatibus.
*et ceteris*)et alijs,vnus ex veterib.Gregor. Sunt aliæ variæ lectiones,quas omiſimus.
*Cap.12.Gregorius*)Idẽ Raim.et Cont.qui hoc caput collocat poſt cap.2.Gregorij. addi debuit, Ianuario Epo Caralitano.ex lib.3. epiſt.10.regiſtri B.Gregorij.
*Nos quidem &c.et infra*)ſic etiam Raim.et Cõt. excepta voce etc.Eos pro Nos in Barcin.et in duob.Tarr.non recte.Integra clauſula in regiſtro eſt hæc.Nos quidem arbitramur,quod ad imminentiã expletionis piarũ rerũ ipſe te ſuus ſatis ordo compellat.ſed ne zelum tuum cuiuſlibet interuentus remiſſionis emolliat;de his etiam te ſpecialiter iudicauimus exhortandum.
*Peruenit ad nos Stephanum de hac luce migrantẽ*) Peruenit ſiquidem ad nos Stephanum ueſtrum de hac luce migrantem,regiſt. Peruenit ad nos S.de hac luce migrantem,veteres Raim. libri, migrante Cont.et alij.
*eulogio*)elogio Barcin.et duo Tarr.et vetus regiſt.quod malo.eloquio unus ex editis,alter eulogio. item eulogio, vetus Raim. liber, elogio Cont.et alij.
*Theodoſia religioſa femina ab eius dilatione protrahitur*)a T.religioſa femina eius herede protrahitur, Raim.et Cont. apertius.a Theodoſiæ honeſtę feminæ herede eius fertur,quod hactenus dilatione protrahitur,regiſt. Theodoſia honeſta femina herede etc. alter editus liber. Theodoſia honeſta femina relicta eius faciente----eius fertur etc.vetus liber non ſine mendo.ad eius dilationem, pro ab eius dilatione,unus Tarr. utrũque diſplicet.
*te hortamur*)ſic etiam Raim. hortamur fraternitatẽ tuam,regiſt.
*ut prædictam feminam*)ut eam, Raim. et Cont. ut maximum de prædicta cauſa ſtudiũ geras, atq. ante nominatam feminam,regiſt.
*infra annum*) ſic etiã Raim.intra annale ſpatiũ, regiſt.
*quod iuſſum*)ſic etiã Raim.et vetus regiſtri liber. ut iuſſum,editi libri.
*ſecundũ voluntatem*) ſecundũ iuſſum,unus Tarr.
*infra prædictum tempus*) ſic etiã Raim.intra prædicti tem poris metam aliqua perficere neglegẽtia,vel calliditate diſtulerit, regiſt. prædictã pro prædicti



prędicti,vetus liber.intus pro infra,unus Tarr. forte intra.
*ſiue in loco*)ſic etiam Raim.et Cont.ut ſiue in loco eo,regiſt.
*conſtitutum fuerat*)inſtitutum fuerit,unus ex veter.Raim.libris.
*ſeu certe ſi ibi*)vox ſi in regiſtro,et in duob.Tarr. deſideratur,ſeu ſi ibi,Raim.
*non poteſt*)ſic etiã Raim.et unus ex editis regiſtri libris.non poterit,alter editus.
*placet ordinari*)ordinare,unus ex veter.Raim. libris.
*tecum implere neglexerit*) ſic etiam Greg. 9. et dilatione interueniente negligitur,regiſt.
*tunc per te ædificetur*)eadem Raim,edidit.tũc uolumus,ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio, regiſt.
*et omnia per te*)ſic etiam Raim.et Cont.ordinatiſq.omnibus res,atq.redditus, qui relicti ſunt, per te, regiſt.
*venerabili*)hæc vox a Raim.et Cont.eſt omiſſa, extat in regiſtro.deſideratur in duob.Tarr.
*Conſultationibus, et infra*) ſic etiam Raimundus, et Contius. Pars cap. Inconſultum. concilia, quod mendoſum ſuſpicor. Integra clauſula exſtat, ut exiſtimo, ſub titu. de officio, et poteſtate iudicis delegati, cap. 15. in hac collect. Ante illa, et infra, adde etc. ut eſt in duobus Tarraconen.

*Decetero ſi aliquis*)ſi quis,cõci.pro ſi aliquis.Si aliquis,vetus Gregor.alijs omiſſis.Si quis,Cont.et alij.De cetero ſiquis,etc.et nihil notatur deeſſe.Cont.in marg.non recte.

*ad repræſentationem illius*)ad præſentationem ipſius,concil.ad pręſentationem illius,Raimundus.

*clericus,qui inſtitutus eſt,non deberet ab eccleſia ipſa propter hoc remoueri*)non debet ab ipſa eccleſia remoueri,cõcil.non debet ab ipſa eccleſia,tres Tarr.non debet ab eccleſia ipſa,Barcin. inſtitutus non debet ab eccleſia propter hoc remoueri,vetus Grgor.alijs omiſſis.ab ipſa pro ab ecçleſia,Cont.et alij.

*Si vero non poſſidebat ius patronatus*)Si uero tunc etc.concil.tunc ius patronatus, unus Tarr. et Barcin.ius tunc patronatus, alter Tarr.Si uero non poſſidebat,Raim. et Cõt.alijs omiſſis.Ante hæc verba addunt ijdem.cum ex hoc ei, qui de iure debet habere,nullum in poſterum præiudicium generetur. quæ neq. in concil. ſunt, neq.in hac collectione.

*nec poſſeſſionem patronatus &c.*) ſic etiam concil. iuris patronatus,duo Tarr.multa Raim.et Cõt. omittunt.

*Donationes uero &c.*)ſic etiam in concil.hæc pars poſita eſt a Raim.ſub tit.de donationib. Contius ſe mutam perſonam pręſtitit.

*conceſſiones eccleſiarum*) ſic etiam Raim. vocem eccleſiarum in concil. deſideramus.

*qui ipſas*) ſic etiam Raim. qui illas, unus Tarr. quæ ipſas,concil.

*Si religioſis fiant locis*)Si fiant religioſis locis,concil.ab Epõ,uel eius auctoritate,addidit Raim. verbis editis non male.

*ſine ipſarum aſſenſu*)ſine aſſenſu ipſorum,concil. ſine ipſorum voluntate, vetus Gregor.aſſenſu, Cont.et alij.

*Cap.24.Nouoburgo*) Neubure,cõcilia,uide cap.25.

*de Giſeburn.*)de Giſeburne,concil.Giſeburna, unus Tarr.Giſeburgen.alter Tarr.

*de Certon.*)de Cradun.concil. de Crotona, vetus Tarr.de Certonen.alter Tarr.

*monſtrauerunt*) ſic etiam concil. dixerunt, unus Tarr.

*donationes etc.pertinẽt*)donatio etc.pertinet,Barcin.et concil.

*eiſdem ſignificauimus*) eidem,tres Tarr. eiſdẽ ſignificamus, concil.

*donationi laicali*)ſic etiam in concil.laici pro laicali,vetus Tarr.

*qui habent in eccleſia &c.*) mutatur ordo verbor.in concilijs,in ecleſias, vetus Tarraconen. pro in ecleſia.

*reſeruare noſcuntur*)ſeruare,duo Tarracon.et cõcil.

Poſt hoc caput eſt in.Barcin.Dilectus filius noſter S.etc.ut cap.1.hoc titulo in 2.collectione.

*Cap.25.Idem Eboracen.Archiepõ*)ſic etiam in cõcil.d.parte 15.c.23.et apud Raim.et Cont.et capitulo,addunt tres Tarr.recte. Hoc eſt cap.26. in Barcin.

*Suggeſtum eſt aurib.noſtris*)ſic etiam cõcil.et vet. Greg.hæ voces,aurib.noſtris,non ſunt in Contiano,neq.in alijs quibuſdam editis libris.

*cum eccleſia de Ochona,ac de Borales, Saiter, et de Land.*)cũ eccleſię de Ochera(Ochan,in marg.) et de Maleſlart,et de Leinder,concil.cum eccleſiæ quędam,Raim.et Cont.breuius.Ochan H. pro Ochona ac, duo Tarr. Occham H.tertias Tarr.Ocham R.Barcin.Boroles pro Borales,unus Tarr.Sarter pro Saiter,vet.Tarr.Sarc.duo alij.Fart.Barcin.Lande pro Land.item duo Tarr.

*in prabenda*)malo,in pręb endam,ut eſt in concil.et in Gregor.

*attenuare,et*)hęc omitũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

*in donationib.eccleſiæ*)eccleſiarũ, duo Tarr. et cõcil.et Raim.aptius.

*vniuerſitati ueſtræ*)ſic etiã in cõcil.hęc omittunt Raim.et Cont.apparet autem ex his etiam capitulo ſcriptum fuiſſe.

*ſi cum aſſenſu*)ſic etiã Raim. ſi cũ cõceſſu , prior editio concil.et in marg. forte conſenſu.ſi cum cõſenſu,poſterior concil.editio.

*Cap.26.Regi Anglorum*)Anglorum Regi, cõcil. Angliæ,Barcin,in quo eſt hoc cap.27.

*de Bligurd*)de Ligurgis, concil. de Blibug. duo Tarr.de Bliburgeri,tertius.

*et honeſte*)et honeſtate,Barcin.et Tarr. unus , et concil.

*exaudire*)ſic etiam in cõcil. uolumus exaudire, unus Tarr.

*Verum*)Vnde,Barcin.et vet. Tarr. Verũ,cõcil.

*contrarium videtur*)ſic etiam concil. eſt contrarium,unus Tarr.

*iuris patronatus obtentu*)vox iuris non eſt in concil.neq.in Barc.neq.olim fuerat in veteri Tarr.

*illa impartiri*)illa impertiri,tres Tarr.iſta impartiri,concil.

*ſi de iure*)quod pro ſi, Barcin.ſi,concil.

*Cap.27.Idẽ Archiepĩs,Epĩs*)et Epĩs,duo Tarr. et concil.parte 50.cap.33.et Raim.vox Epĩs in veteri Tarr.non eſt.Hoc eſt cap.28.in Barcin.

*per Angliam conſtitutis*) ſic etiam Raim. Galliã pro Angliam, concil.et duo Tarr.

*Relatum eſt aurib.noſtris*)Relatum eſt,vetus Gregor. alijs omiſſis. ut editum eſt, Cont. et alij.

No-



alijs omiſſis,ut editum eſt,Cont.et alij.Noſtris eſt aurib. intimatum,concil.

*occaſione laica recognitionis*)ſic etiã Raim.occaſione laici,cõcil.mẽdoſe.quæ fuerit apud Anglos recognitio,docuit Alanus Anglus,cuius ſcholium exſtat etiam in Gregorianis. Recognitio eſt confeſſio in iure,vel coram teſtibus conceſſionis, vel donationis prius factæ de re quacumque.

*et potentiæ &c.*) Multa Raim.et Cont.omittũt. vel pro et in concil.

*patronatus eccleſiarum*)ſic etiam in concil.ius,additur ante hæc uerba in duob. Tarr. omnia omittunt Raim.et Cont.

*non intrant per oſtium,ſed aliunde conſcendunt*)ſic etiam Raim·contendunt,concil.ſumuntur hęc ex cap.10.Ioannis.

*uel prærogatiua*)ſic etiam Raim.ac pro uel, cõcil. alterutra uox deſideratur in duob. Tarr.

*m.atq.pr.*) m.uetus Tarr,alijs omiſſis.præcipiẽdo mandamus,concil. mandamus, Raim. multis alijs omiſſis.

*qua.eos,quos patronatus*)ſic etiam concil.qua.eos, Raim.et Cont.alijs omiſſis. quat.ſi conſtiterit eos ius patronatus, unus Tarr. quat.eos, quos conſtiterit ius patronatus, alter Tarr.

*et eccleſiaſtica beneficia*)vel eccleſiaſtica beneficia conſtiterit,concil.et vetus Tarr.aut eccleſiaſtica beneficia conſtiterit,Barcin.vel pro et,duo alij Tarr.cetera,ut edita ſunt.

*modo adeptos*)ſic etiam in concil.modo eſſe adeptos,tres Tarr.recte.

*niſi præſcriptione*) ſic etiam concil. recte omiſit Raim.vocem præſcriptione.

*ſublato ap.diffugio*) hæc etiam omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.refugio, duo Tarr. pro diffugio.

*ab officio reddatis,et beneficijs alienos*) officijs pro officio,concil.beneficio pro beneficijs,Barcin. et duo Tarr.et Raim.reddas pro reddatis,prior concil editio non recte.

*et ſi nec ſic &c.*)ſic etiam Cont. addens a Raim. omiſſa.Si vero nec ſic,concil.

*uinculo*)eos vinculo, concil. vox eos non eſt in Contiano libro.

*ad dignam*)ſic etiam in concil.ad condignam, Cont.

*Ad hæc quoniam &c.*)ſic etiam vetus Gregor. Ad hoc quoniam,concil.et Cõt.et alij. et unus Tarr.eſt autẽ initium cap.34. d. partis 50. et in uno Tarr.capitis 28.Contius etiã addit in marg. alias eſt nouum caput in vet. compil.

*prohibitionis ueſtræ*)ſic etiam concil.et Raim.noſtræ pro veſtrę,unus Tarr.

*ſicut excommunicatos*) ſicut excõmunicatum, cõcil.et tres Tarr.multa Raim.et Cont.omittunt, quæ nos ſingula non collegimus.

*attentius*)cautius,vetus Tarraconen. artius,concil.

*Cap.28 ſibi ius*)penitus, addit unus Tarr. quod nõ omnino placet.Hoc eſt 29.caput in Barcin. et in uno Tarr.

*quod ubi Epiſcopalis auctoritas non acceſſerit*) niſi pro ubi,Barcin.in quo NON omittitur. niſi ubi, olim vetus Tarr. auctoritas Epicopalis, duo Tarr.

*Cap.29.Lucius* iij.*Parte. Ad abolenda*)ſcribendũ eſt,Ad abolendam,ut eſt in uno Tarr.et in Barcin.et apud Contium. Integra clauſula exſtat cap.11.de hęreticis in hac collect. ſi utrumq.caput coniunxeris, integram præclaram hanc conſtitutionem habebis.

*aduocati eccleſiarum*) ideſt patroni . Tancredus.

*in tantam noſcuntur &c.*) Multa omittũt Raim. et Cont.

*eccleſijs ipſis*)in,ante hæc verba addit unus Tarrac.

*etiam in alios*) vox etiam non eſt in Barcin. neque in duobus Tarraconen.neq.apud Gregor.9.

*præſumant*)præſumunt,Raim.

*fodrum*)ſic etiam Raim.et Cont.et unus Tarr.et ſcholium Vincen. frodrium,vetus olim Tarr. mox frodrum.fodium, Barcin. frodum , duo Tarr.et ſcholium Tancr. Fodrum eſt collecta, quæ fit ſemel in anno , et eſt vulgare Lombardiæ. Vinc.in uno Tarr.Frodum eſt etc. Tanc. in altero Tarr.

*et quod miniſtris eccleſiarum inconſultis faciũt &c.*) Multa etiam Raim.et Cont.omiſerũt. et quod miniſtri eccleſiarum eis inconſultis faciunt, Barcin.et duo Tarr.aptius.

*firmamus*)confirmamus, Barcin.et unus Tarracon.

*ſeu alio quolibet nomine*)modo, vetus Tarr. pro nomine,quod non ęque placet. ſeu quocumq. alio nomine,Raim.

*quos de alienatione aduocationis &c.*)et aduocatione,unus Tarr.quod non placet.Raim. et Cõt. multa omittunt.

*uel fecerint*)fecerunt,duo Tarracon. in quorum altero vel deſideratur.quos fecerint, Raimundus.

*præſenti conſtitutione caſſamus*)hæc verba ſunt in veteri Gregor.uim aliquam decernimus non habere.Cont.et alij.Credo et hæc,et illa uerba a Raimun.cõſcripta , ut in hac prima collect.

*ne autem*

*ne autem &c.* )hęc pars in Gregorianis omiſſa eſt.

*qua de hæreticis dicta ſunt*)de hęret.ad abolendã, Alan.

*coërtionem*)coërtione,tres Tarr.et Barcin.

*cuilibet*)quibuslibet,Barcin.et tres Tarr. aptius.

*Cap. 30. Idem Nor Wic. Epõ* ) Lucius tertius Noruuicenſi Epõ,d.parte 15.c.8.

*pars c.Tua nos)* hæc omittunt concil. et Raim. addit Cont.Integra clauſula exſtat cap.2.de iu re iurando,in hac collect.et in concil. parte 17. c.4.et in Gregor.c.11.de iureiur.

*Cum autem aduocatus*)ſic etiam Raim. vox autẽ in cõcil. non eſt,aduocatum appellari patronũ ſupra dictum eſt.

*clericum unum*) ſic etiam concil. uox unum a Raim. et Barcin.eſt omiſſa.

*præſentauit*)prę ſentauerit,concil.et Raim.et Bar cin.et tres Tarr.aptius.

*eo non refutato*)ſic etiam Raim.eo non inſtituto, concil.non male.

*in iudicio Epĩ*)vox in non eſt in Gregor.neq.in Barcin.neq.in trib.Tarr.Epĩ iudicio, cõcil. IN etiam omiſſo.

*credimus relinquendum*) ſic in concil.vox credimus in veteri Gregor. non eſt.habet Contius, et alij.

*uel religioſa perſona*)ſic etiam in concil.vel eccleſiaſtica perſona,Raim.non male.

# TIT.XXXIIII.DE CENSI

*bus,et exactionibus,et procuratoribus*) ſcribendum procurationibus,ut eſt in Barc.et in trib.Tarr. et apud Greg.9.in veterib. libris.in editis pro et exactionib.eſt exactionib.et omiſſo,ut in uno Tarr.

CAP.1.*ex concilio apud Guarmac.* ) Guarmatiam,duo Tarr.Guarmat.Barcin.ex concilio Wormacien.c.18.Burch.lib.3.c.52.ex conc. Wormac.c.50.Iuo parte 3.c.55.decreti,ex libro 1.capitularium cap.85.Idẽ Iuo parte 16. c.262. hodie ut audio,reperitur lib. 1.cap.90.Capitularium Caroli,et in concilio Vormaciẽſi cap.50. Ex concilio Guarmacienſi eſt apud Grat.23.q. 8.c.25.ex concilio apud Guarmatiam,Raim.et Cont.qui in marg.ait hoc fuiſſe caput poſitum in capitularib.Caroli Magni.In veteri Grat.libro hoc caput deſideratur.fortaſſe a Palea eſt additum,

*unus manſus*) Manſus uulgari Italicorum dicitur tanta terræ quantitas,quę ſufficiat duobus hominibus per annum , ideſt xlvij . acraturę. Tancr. vide cap.2.de eccleſ.ædifican.in hac col lectione.

*abſq.ullo ſeruitio tribuatur*)ſic etiam vetus Greg. et abſq.pro abſq.Cont.et alij.abſq. alio ſeruitio attribuatur, concil.et Iuo d. parte 16. abſq. ullo ſeruitio attribuatur, Burch.et Iuo d.parte 3.et Grat.

*in eis*)in eccleſijs,Barcin.tantum.

*nec de atrijs*)neq.pro nec,tres Tarr.et concil. et Burch. et Iuo, et Grat.neq. de areis , Raim. et Cõt.qui in marg.atrijs lege,ut in uet.uide cap. 4.apud Grat.12.q.1. Nicolao adſcriptum ,ſed exſtat in concil. Salegunſtadienſi c.12.et in fine Burchardi,et apud Iuo.parte 15.c.178. decreti.

*et ſiquid amplius habuerint*) ſi aliqui pro ſi quid, tres Tarr.et Burch.et Iuo parte16. et Grat. et Raim. habuerint amplius,unus Tarr.et ſi amplius aliquid habuerint,cõc. ut editum eſt, Iuo d.parte 3.

*ſenioribus ſuis* ) ſic concil.et Burch.et Iuo . uox ſuis a Raim.et Contio eſt omiſſa.maiorib.ſuis, Grat.non recte.ſenioribus,ideſt dominis:uulgariter loquitur.Alan.

*Cap.2.Auguſtinus ſuper epiſtola ad Rom.*)Romanos,tres Tarr.epiſtolam pro epiſtola Barcin. et Raim.Inuenitur hoc in ſcholijs veterib.ſacrorum librorum,quæ gloſſę dicuntur ordinariæ, et inter lineas,cap.13.illius epiſtulæ Pauli.

*Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit,&c.* )et infra.Raim.quod non æquę placet. Sunt enim hęc tantum Pauli verba.πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω.

*Et uos ſubditi eſſe debetis*)ſic etiam Raim.ſubditi eſſe debetis;quia etiam ideo,ideſt propter oſtendendam ſubiectionem,præſtatis,quaſi redditu ris, gloſſa ordin. Et uos debetis eſſe ſubditi,unus Tarr.

*ideo enim tributa præſtatis*) hęc Pauli uerba ſunt. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε.

*quia hac eſt probatio ſubiectionis*) ſic etiam Raim. hęc eſt probatio ſubiectionis, gloſſa inter lineas.

*Cap.3.Gregorius Lucillo &c.* )ex lib.2.epiſt.30.regiſtri B.Gregorij.

*ut rebus*)ut in rebus,duo Tarr.ſed IN non eſt in regiſtro.

*communionem in partem* ) conuentionem in iurgium,regiſt.

*et ad tuã uenit notitiam*)peruenit,pro uenit,duo Tarr.et ad fraternitatis tuæ hæc ſunt perlata notitiam,regiſt.

*ob quam rem*)ſic etiam in reg.quam ob rem,duo Tarr.

*eos nulla mora*) nullamora , nullaue excuſatione eoſdẽ, regiſt. eoſdẽ clericos,vetus regiſtri lib.

nam



*nam ſi huius &c*)Ante hæc uerba eſt in regiſt.
7 Sed ſi fidem honeſtatis contemplatione ſerua-
7 re poſtponunt;tua diſtrictione compulſi, quę
7 rationi conueniunt,cogantur implere.

*recurrerit*)ſic etiam in regiſt.recurret,Barcin.et unus Tarraconen. recurreret, olim uetus Tarrac.

*habere incipimus*)incipiemus,reg.et unus Tarr. aptius.inceperimus,alter Tarr.

*& in illo*)illos,reg.et uetus Tarr.

*uindicamus*)uindicabimus,reg.et duo Tarr.aptius.

Alia poterunt in regiſtro inueniri pleniora.

*Cap.4.Idem ad Stephanum Caſtrinum*) Caſtoriũ, tres Tarr.Caſtarium,Barcin.et quartus Tarr. Gregor.Stephano Cantori,Raim.et Cont. qui in marg.ait,Chartulario,lib.12.epiſt.20.Indict. 7.Ego Chartario legi in ueteri regiſtri libro.

*Scientes,&c.et infra*)Coeperat Cõt.integrã clauſulam ſcribere,ſed a librarijs deceptus eſt,qui notas eius perturbarunt.Sic igitur eſt in regiſt.
7 Scientes magnitudinem caritatis ueſtræ toto
7 dominũ corde diligere,ob hoc ea,quæ in Mar
7 ſis(forte maſſis)de iure quondam Patricij uiri
7 piæ recordationis contra præcepta dominica,
7 contraq.canonum regulam commiſſa eſſe didi
7 cimus;ad eius duximus reformare notitiam:
7 quatenus hæc,quæ perpetrata ſunt,corrigi de
7 beant,et alij deinceps tẽptare nõ præſumant.
7 Inſinuatum igitur nobis eſt,in maſſa,quæ nun
7 cupatur Marato de Abbate monaſterij ſancti
7 Georgij , quod in eadem ſitum eſt,duos mona
chos refugiſſe.etc.

*Aſſeruit etiam*)ſic uetus regiſtri liber.autem pro etiam editus liber.neutra vox eſt apud Raimund.

*ſupradictæ maſſæ*)prædictæ maſſæ,regiſt.maſſæ, Raim.et Cont.altera uoce omiſſa.maſſa illis tẽporib.dicebatur uicus,ſiue colonia,ſiue uilla.eccleſię pro maſſæ,eſt in uno Tarr.

*monaſterio illi*)illius,Barcin.et olim uetus Tarr. ipſi pro illi,reg.illi monaſterio,unus Tarr.monaſterio,Raim.altera uoce omiſſa.

*quæ ex tempore &c.*)hæc omiſerat Raim.addiderat Cõt.ſed nõ ſuo loco a librarijs poſita ſunt; exſtãt in regiſtro,quod pro quę,Barcin.et duo Tarr.

*conditi monaſterij per tricennale* ) ſic etiam Cont, conditionis monaſterij per triennale , regiſtr.

*non fuerunt*)ſic etiam regiſt.et Cont.nõ fuerint, tres Tarr. non fuerint ſolutæ,Barcin.

*quod diligenter agnoſcas*)Ante hæc uerba eſt in
7 regiſtro.Si quidem illic munificentię gratia a fidelibus uiris oblatum fuerat, portionẽ ſe debere percipere. Quod Magnitudo ueſtra ſtudeat diligenter agnoſcere.regiſt.ſi quid enim,pro ſiquidem,ſcribendum cenſeo.fuerit pro fuerat, eſt in editis non male,in ueteribus fuerat.Hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt autem maxime neceſſaria.

*& ſi hoc ab initio non fuit* ) ſic etiam in reg.et ſi hæc ab initio impoſita non fuerint,Barcin.et ſi hoc ab initio impoſitum non fuerit,duo Tarr. non fuerit , tertius Tarr.cetera ut edita ſunt. Mand.quat.ſi ab initio hoc non fuit,uet.Raim. liber non fuerit,Cont.et alij.

*aliquid nouiter imponi non permittas*)non condecet, regiſt.non permittas imponi,Raim. nihil de nouo imponi permittas.unus Tarr.

Poſt hæc uerba eſt non ſine mendo in regiſtro. quam maxime eum exiguæ ſubſtãtiæ,et monaſterium pauperum eſſe didicimus,et Abbatẽ ipſum hoſpitalem omnino eſſe,multorum atteſtatione didicimus.

*Cap.5.Paſchalis 9.Comitiſſæ Matildæ* )ſic etiam Raim.dilectæ filiæ Comitiſſæ Matildi,Barc.et duo Tarrac. Paſchalis V.unus Tarrac.non recte.

*Peruenit ad nos,quod Fraxinorenſis etc.*)Fraxinorũ,Cont.qui recte addit quędam a Raim.omiſſa.Fraſſinon.unus Tarr.

*uidelicet*)ſcilicet,Cont.

*cum nos Archipreſbyter* ) ſic etiam Cont. uox nos in ueteri Tarr.deleta eſt.cum Archipresbyter nos,alter Tarr.elegantius.

*quod rationabile*)nobis,addit unus Tarr.ut quod rationabile,Cõt.uel quid,pro quod,uet. Tarr. olim,mox vel deletum eſt.

*reſpondimus*) reſpondemus,Tarr.quattuor,non recte.reſponderemus, Cont.aptius. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus,Raim.

*Cenſus enim*)quod cenſus,Raim.

*inuenitur*)ſic etiam Raim.inuenitur definitus, unus Tarr. definitus inuenitur,alter.

*et quomodo*)et quando,Raim.

*Mãdamus ergo dilectioni etc.* )hęc pars a Raim.et Cõtio eſt omiſſa.dis.pro dilectioni,duo Tarrac.

*reſtitui facias*)faciatis,tres Tarr. in uno tamẽ mutatum eſt faciatis in facias .

*Cap.6.ex concilio Lateranenſi*)adde c.4.ut recte Cont.addit,et ex concilijs id confirmatur. Eſt autem id concil.ſub Alex.3.habitum.

*Cum Apoſtolus ſe,ac ſuos &c.* )hæc ex uarijs locis ſumpta uidẽtur, Act.c.20.Pauli epiſt.1.ad Theſſalon.cap.2.et epiſt.2.c.3.et epiſt.2.ad Corinth. cap.11.

ſ exhibe

*exhibendos*)ſic etiam in cõcil.et in Greg.alẽdos, eſt in marg.concil.apertius,ſed eadẽ notio eſt al terius uerbi.

*locum prædicandi*)dicendi,vel detrahẽdi malim; ſed ferendũ eſt; cũ nulla uarietas ſit in concil. et in Greg.et in quinq.libris huius collectionis.

*& illis*)vox illis in Barcin.non eſt:eſt in alijs libris.

*non exiſteret oneroſus*)ſic etiam concil.et Raim. oneroſum,Barcin.hoc oneroſum,duo Tarr.in quibus olim oneroſus fuerat.

*& emendatione dignum*)hæc omittunt Raim.et Cont. ſint licet in concilijs,uno uerbo fore ad dito ante dignum.

*quidam fratrum & coẽpiſcoporum noſtrorum*) vox et non eſt in concil.quidam prælatorum, Raimund.

*ſuis ſubditis exiſtant*)exiſtunt,concil.vox ſuis nõ eſt in tribus Tarr.exiſtant,Raim.et Cont.alijs omiſſis.

*pro huiuſmodi cauſa ipſa*)vox ipſa non eſt in con cil.neq.in Barc.omnia omittunt Raim.et Contius.

*longi temporis victum*)ſic etiam concil.et Raim. quæſitum,additur in duobus Tarr.

*pro diuerſitate prouinciarum* ſic in concil.et Gre gor.temporum,addit Barcin.nõ ſine mendi ſuſpicione,niſi et addamus.

*euectionis numerum, Epiſcopi autem etc.*) euectionum pro euectionis,Raim.euectionis numerũ non excedant:Cardinales vero uiginti quinq. non excedant:Epiſcopi uiginti,uel triginta ne quaquam excedant,conci .poſter.editionis.in priori edit.eſt.Cardinales uero uiginti, uel uiginti quinq.etc.

*Cardinales autem* XXV. *nunquam excedant*)numquam pro nuſquam,unus Tarr.rectius.Cardinales XXV. nuſquam excedant,uetus Greg. nũquam,Cont.

*Decani conſtituti ſub ipſis*) ſic etiam in cõcil.et in vet. Greg.ſub Epis,Cont.et alij.Decani uero, etc.unus Tarr.

*ut non quæ ſua ſunt quærant &c.*)vox quærãt nõ eſt in concil.neque in Gregor. Verba Pauli ſunt in epiſt.ad Philippen.c.2. οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ χριστοῦ Ἰησοῦ. Omnes enim ,quæ ſua ſunt, quærunt ; non quæ Ieſu Chriſti.Quæ grauis eſt in omnes ſententia,digna,quæ ubique legatur.

*nec ſumptuoſas epulas quærant &c.*)requirant,Barcin.quærentes,uetus Gregor.quærant,Cont.et alij.hæc uſque ad illa,Prohibemus etiam, in concil.deſiderãtur.Laurentius vetus interpres hoc loco uerſus ineptiſſimos adfert, et ſcurræ perſonam induit ineptiſſime,et frigidiſsime: Bernardus partem eius verborum retulit, partem omiſit.

*ac competenter*) aut pro ac, uetus Greg.ſolus.

*ſuſtinemus autem*)etiam pro autem,idem vetus Gregor,tantum.

*non debent filij theſaurizare parentibus,ſed parentes filijs*)οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.Paul.cap.12.epiſt. 2.ad Corinthios.non enim debent liberi parentibus ſeruare theſauros,ſed parentes liberis.

*pietate uidetur*)eſt pro uidetur,uetus Gregor.ſolus.

*Archidiaconi uero,ſiue Decani*)ſic etiam Raim. autem pro uero,concil.et unus Tarr.ſiue canonici,ſiue Decani,Barcin.

*ſeu clericos*)uel pro ſeu,unus Tarr.

*eccleſiaſticæ facultates*)ſic etiam Raim.eccleſiæ facultates,concil.

*teneri menſuram*)ſic etiam concil.et uetus Gregor.tenere,Cont.et alij.

*minores merito non doleant ſe grauari*)debeãt pro doleant,uetus Tarr.et uetus Gregor.ut editũ eſt,Cont.et alij.minores non debeant grauari, concil.

*nec ſub tali*)ſic etiam Raim.ne pro nec,concil.et vetus Tarr.non male.

*hactenus uti ſolebant*)uti ſolebant hactenus,duo Tarr.et cõcil.et Raim. ſed male in editis diſtinctio notatur ante vocem hactenus.

*plurium ſibi credant*)ſic Raim.plurimum credãt ſibi,uetus Tarr.plurimum ſibi credant,alij duo Tarr.plurimam ſibi credant,concil.

Huius decreti mentio fit c.3.de exceſſibus prælator.collect.2.quod exſtat lib.1.epiſt.132. regiſtri Innoc.3.

*Cap.7.Idem*)ex eodem, Raim.et Cont.aptius. eſt enim capitis 7. concilij Lateranen. portio.

*pars cap. Cum in eccleſiæ*) hæc omittunt Raimund. et Contius.uox Cum, deſideratur in duobus Tarr.Integra clauſula legenda ſub titulo de ſimonia capite 8. in hac collectione.

*ab Abbatibus,uel Epis,alijſue prælatis*) ab Epis,uel Abbatibus,alijſue prælatis,concil.ab Abbatibus Epis aut alijs prælatis,uetus Gregor. uel, pro aut , Cont. et alij. idem omiſit vocem,ab, non recte,quod peccatum olim fuerat in duobus Tarr. alijsque pro alijsue,habet vet. Tarr. uel alijs,duo alij Tarr.

liber



*libertatem,quam*)ſic etiã Raim.libertates,quas, concil.

*conſeruare deſiderant*)ſic etiam Raim.deſiderant conſeruari,concil.aptius.deſiderant ſeruare, uetus Tarr.

*Siquis vero aliter fecerit*) ſic Raim.Si quis autem aliter egerit,concil.

*quod egerit*)quod fecerit,concil.ut editum eſt, Raim.

*Cap.8.Wigor.Epo*)ſic etiam uetus Gregor. Vigorien.Cont.et alij.Vuiggornien. Epo , parte 28.c.9.titulo de pactionibus licitis,et illicitis in rebus eccleſiaſticis.in concil. prioris editionis, Vuigorn.Epo,in edit.poſteriori.

*pars c. Meminimus*)ſic etiam in concil.P.c. In eminenti.Cont.non recte.ſunt enim ea verba capitis 9.in hac collect.Integra clauſula exſtat ſub titulo qui clerici, uel uouentes,c.3. in hac collect.1.ſunt autem plura capita ex eadem epiſtula ſumpta.

*quadam illuſione*)ſic etiam Raim.colluſione facta,concil.aptius.

*ſoluerint,ſiue receperint*)ſic etiam Raim. ſoluunt. ſiue recipiũt,Barcin.ſoluunt, aut recipiunt eas, concil.ſoluerunt,ſiue receperunt;duo Tarr.

*eis defunctis,niſi ab ijs &c.*)perſonis defunctis,ubi abhis etc.concil.vbi multa mendoſe,et obſcure ſunt edita.eis defunctis,Raim.et Cont.alijs non paucis omiſſis.

*præſertim ſi Pontificalem*)ſic etiam in concil. ſi Pontificis,Raim.uoce præſertim omiſſa.

*quod de iure*)ſcribendum,qui de iure,ut eſt in concil.et in Gregor.et tribus Tarr.

*propria,præſertim*)ſic etiam Raim.ſua,cõcil.pro utraq.uoce.

*Cap.9.Idem Carnoten.Epo.Pars c.In eminẽti. De cetero noueris &c.*)Vide cap.5.de tranſactionibus huius collectionis,et dele in margine Nõ ponitur.eſt enim cap.5.de tranſact.etiã in Gregoriana.

*Cap.10.Idem Carnoten.Epo*)ſic etiam Raim.et Cont.Cenomanenſi Epo,concil.parte 2.c.8.titulo de ſimonia etc.neue prælati uices ſuas ad cauſas terminandas,uel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant; neue ſubditos tallijs vexent,uel pœna pecuniaria multent. Cenoman.Epo,habet etiam Barcin.quod placet.Carnoten.ſumptum videtur ex cap.9.

*pars capit. Tua nos*) ſic etiam Cont. deſiderantur in concil. et apud Raim. Integra clauſula eſt,ut opinor,ſub titulo de clericis peregrinis c.un.in hac collectione.quod etiam eſt Cenoman.Epo inſcriptum.

*Eccleſias autem*)ſic etiã in concil.autẽ omittunt Raim.et Cont.enim pro autem,Barc.habet.

*Epi de manibus laicorũ eripiunt*)Eps etc.eripuit, concil.ut editum eſt,Raim.

*non uidemus exactionem imponendam*)exactionẽ aliam,concil.plenius.exactionem prohibemus imponi,Raim.

*quin nouis &c.*)hæc clauſula a Raim.et Contio eſt omiſſa.qui pro quin,cõcil.quod,duo Tarr. quia,tertius.

*prohibemus generaliter*) prohibuimus,concil. altera voce omiſſa,fortaſſe ad concil.Lateran.refertur.

*prægrauare*)prægrauari,cõc,quod magis placet.

## TIT. XXXV. DE ECCLE*ſijs readificandis,& reparandis*

*ſijs readificandis,& reparandis*) ædificandis,tres Tarr.uel pro et, duo Tarr.reparãdis,uel ædificandis,Barcin.De ædificandis, et reparandis eccleſijs, vetus Gregor. De eccleſijs ædificandis, vel reparãdis,Cont.et alij.

C*AP.1.ex concilio Lateranen.*) cap.23. addi poteſt ex concil.aut cap.11.ex hiſtoria Anglica Gull.Neubrigen.non cap.ij.ut edidit Cõtius.

*Cum dicat Apoſtolus &c.*) Recte Cont. addit a Raim.omiſſa.quæ ſunt etiã in concil.et apud Gull.qui addit poſt uocem Apoſtolus Paulus.

*abundãtiorem honorem membris infirmioribus deferendum*)ἀλλ' ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν. Paulus epiſt.1. ad Corinthios cap.12.

*econtra quidam*)ſic etiam Cont. cõtra quidam, Gull.eccleſiaſtici quidam,concil. ut ſuſpicor, mendoſe ex compendio uocis econtra.

*quæ ſua ſunt &c.*)de his uerbis dictum eſt c.6.de cenſi.

*leproſis,& qui*)leproſis,qui,concil.et Cont.leproſos,qui,Gulli.

*uel ad eccleſiam &c.*)ſic etiam Cont.et pro vel, concil.multa omiſit Gull.

*quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe*) a pietate Chriſtiana,concil.eſſe a Chriſtiana pietate, unus Tarr.quod quidem procul a Chriſtiana ueritate,Cont.

*de benignitate ſedis Apoſtolicæ*)uox de in Barc.deſideratur.de benignitate Apoſtolica, concil.et Ant.Cont.

*qui eccleſiam cum coemeterio ſibi conſtituere*) qui eccleſiã ſibi cũ coemeterio conſtituere , concil. quod eccleſiam cum coemeterio ſimul conſtituere,Gulli.quod eccleſiam cum coemeterio ſibi conſtruere,Raim.

*ualẽt gaudere*)ualeãt gaudere,Barc.et duo Tarr. et ueteres Greg.gaudere valeãt,concil.et Cont. et alij.gaudere,Gul.et uetus Tarr.altera voce omiſſa.

 ut

*ut iniurioſi*)ſic etiam concil. et Raim.ne pro ut, Gull. apud quem vox nequaquam deſideratur.

*quod enim pro pietate*)quod namq.eis pro pietate,concil.quod enim pro pietate eis,Gul.quod enim eis pro pietate,Barc.et tres Tarr.plenius. ſic ſcribendum in Gregorianis, in quib. vox pro deſideratur.

*nolumus*)ſic etiã Gull.et Raim.noluimus, cõcil.

*& de nutrimentis*)ſic etiam uetus Greg.vox de non eſt in concil.neq.apud Cont.et alios.

*Cap.2.Idẽ Ebor.Archiepõ*)Eboracen. vet. Tarr. et Raim.

*quæ dicitur H.*)N.duo Tarr.Nortona,uet.Gregor.Nortorna olim.H.Cont.et alij. Enimen. tertius Tarr.

*non poſſunt*)non poſſint,tres Tarr.et Raim.

*eam difficultate*)difficultate eam,Barcin.et unus Tarr.difficultate ipſam,Raim.

*parochialis eccleſia*) eccleſia parochialis, duo Tarr.dicta eccleſia,Cont.

*conuenienter ualeat*) ſic etiam vetus Greg.ualet, Cont.et alij.

*ita ſe habet*) habeat,vetus Greg. ſolus.

*ſub.ap.ob.*)vox ob.in Barcin.non eſt.ap.re.uetus Greg.ſublato appellationis obſtaculo,Cont.et alij.

*eius uillæ*)eiuſdem uillæ,unus Tarr.et Raim.

*quod quidem*)per quod,Barcin.quod ſi quidem, uetus Gregor.quod quidam, Cont.nõ recte.vt editum eſt,alij,quod præfero.

xx.*acras*)agras,uetus Tarr.agros,Barcin.acras, ideſt iugera,et eſt vulgare Anglorum.Alan. et iugerum habet octo ſtaria 36.tabularũ ad perticam pedis Luiprandi,quæ habet 12.pedes triũ ſemiſſium,et trium digitorum.Tancr.uide c.5. qui filij ſunt legit.in hac collectione.

*Cap.3.Idem Exonen.Epõ*)Exonien.Epõ,concil. aptius parte29.c.2.titulo de alienatione rerum eccleſiæ,et de earundem recuperatione.Lexõ. duo Tarr.Lexonien.Barcin.Idem Alex. Epõ. uetus Gregor.Lexouien.Cont.et alij.

*In litteris.& infra*)Hæc omittunt concil.et Raimun.et Cont.et Barcin.pars capituli,Ad aures ſupra de ſponſis,concil.ſcribo de ſponſalibus. eſt autem cap.15.partis 6.et in hac collectione cap.2.de eo,qui cognouit. Wigor.Epõ inſcriptum.Illic habebit lector integrã primam clauſulam.Si uero quærat quis integram clauſulã, cuius initium ſit In litteris,uidere poterit ſub tit.de officio iudicis delegati cap.14.Brixienſi Epõ, et c.6.de raptorib. Claremont.Epõ.

*De ijs autem,qui*)ſane pro autem,Barcin.De his qui,concil.et Raim.

*& inſtructionem*)ſic etiam vetus Greg.et inſtitutionem,concil.et tres Tarr.et Cont.et alij.

*quæ ſunt illius eccleſiæ*)ipſius pro illius,tres Tarr. et Raim.quæ ipſius ſunt,concil. uoce eccleſiæ omiſſa.

*ſuperſunt*)ſic etiam concil.et vetus Gregor. ſuperſint, Cont.et alij non male.

*innitentur*)adnuitentur,Barcin.ſolus.

*Cap.4.ex cõcilio Magoc.*) Mogunt.c.42. Burch. lib.3.c.30.Magontienſi c.42. Iuo parte 3.c.35. decreti.ex concilio Maguntin.vetus Greg.Magũtinen.Cont.et alij.Maguntiacum ſub Carolo appellatur in concilijs,et eſt c.42.

*reſtituenda*)ſic etiam duo veteres Gregor.reſtauranda,concil.et Burch.et Iuo,et Cont.et alij.

*& nonam,& decimam reddant*) hæc omittunt Raim.et Cont.vox et poſterius omittitur in uno Tarr.nouenariam pro nonam,Barc.numiſma,Iuo,et in marg.nonam. et nouam decimã reddant,concil.quod editum eſt,in marg.in prioribus.editionib.ſed in poſtrema hoc ſolũ editũ.

# TIT.XXXVI.DE IMMVnitate eccleſiæ

*nitate eccleſiæ*)ſic etiam vetus Greg.eccleſiarũ, Cont.et alij.

*coemeterij,et rerum ad eam pertinentium*)ſic etiam in ueteri Gregor.eas pro eam,Cont.et alij.omnia deſiderantur in ueteri Tarr.

CAP.1.*ex ſynodo Ioannis Papæ*)ſic etiam Raimun.concilio pro ſynodo,unus Tarr.

*hoſpitium uindicent*)ſic etiam Raim. hoſpitium ſibi uindicent,unus Tarr.

*in publicis rebus*)locis malo,quam rebus,ut eſt in duobus Tarr.et in Gregor.

*& ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur*) et etiam hoſpitentur,Raim.et Cont.quod non æque placet.

*Cap.2.Gregorius Epſ Agnello Epõ Terracin.*)vox Epſ nõ eſt in tribus Tarr.neque in veteri Raimun.libro,cetera,ut edita ſunt. Gregor.9.Archiepõ Tricen.Cont.et alij.mendoſe.Traſo,in marg.Cõt.Gregorius Agnello Epõ,li.7.epiſt. 20.Indict.1.regiſtri B.Gregorij.et in marg.Terracinenſi.

*Peruenit,etc.et infra*)Peruenit,et infra, Raim.et Cont.Integra clauſula ex regiſtro hęc eſt.Per-
uenit ad nos quoſdã illic, quod dici nefas eſt, „
arbores colere,et multa alia contra Chriſtianã „
fidem illicita perpetrare.Cetera in regiſtro videãtur,Sed quæ ad hoc attinẽt caput,hęc ſunt.
Quia uero comperimus multos ſe a murorum „
uigilijs excuſare:ſit fraternitas ueſtra ſollicita, „
ut nullum etc.





*nullum neque per noſtræ*)nullum per noſtrum,uetus Raim.liber.nullum per noſtrę, Cõt.et alij. nullum nec per ueſtræ,editus regiſtri liber.nullum neque per noſtræ,uetus lib.poſt uocẽ noſtræ additum eſt in veteri Tarr.neque per ueſtræ,ſed eadem verba poſtea expuncta ſunt.

*uel eccleſiæ*)uel per eccleſię,uet.Raim.lib.ſolus.

*defendi a murorum vigilijs*)vox murorum in regiſtro non eſt.excuſari pro defendi,Raim.

*melius*)ſic etiam Raim.auxiliante domino,additur in concilio.

*prouocari*)malo,procurari,ut in regiſt.et apud Raim.

*Cap.3.Idem Vitali defenſori Sardiniæ*) Sar.Raim. et Cont.Sardinum,in quodam ueteri libro nõ recte.Sardiniæ,in ueteri regiſtro lib.7.epiſt.65. Indict.2.ea vox in edito deſideratur.

*Indicatum eſt,&c.& infra.*)ſic etiã Raim.et Cõt. excepta voce etc.Integra clauſula in regiſtro
„ hæc eſt.Indicatum eſt nobis,quod quidam Ca
„ ralitanæ eccleſiæ clerici diſciplinã ſui refugien
„ tes Epĩ,contra eum ſolatium tuæ defenſionis
„ exquirant;atq.per hoc illi, quod dici graue eſt
„ contumaces exiſtant.quam rem,ſi ita eſt,om-
„ nino dure ſuſcepimus,etc.

*Dictum eſt etiam nobis*)Indicatum eſt etiam nobis,uetus Tarr.alijs omiſſis,quæ media ſunt. Dictum etiam eſt nobis,vetus regiſt.Dictũ eſt nobis etiam,editus liber.Indicatũ eſt nobis,vetus Raim.liber.Dictum eſt nobis,Cont.et alij.

*ruſtici eiuſdẽ eccleſiæ*)ruſtici eccleſiæ,Raim. ruſtici poſſeſſionis eiuſdẽ Caralitanæ eccleſiæ, reg.

*rura propria*)iura pro rura,in regiſtro,et in Barcin.mendoſe.rura eius,Raim.

*culturã laboris exhibeant*)adhibeãt,regiſt.aptius. culturam exhibeant,Raim.et Cont.

*in qua re &c.*)Ante hæc verba eſt in regiſt. Ex
„ qua re agitur,ut poſſeſſiones eccleſiæ proprio
„ in alios occupato cultore depereant,atq.ad tri
„ buta ſua perſoluenda idoneæ nõ exiſtant.Hęc
etiam a Raim.et Contio ſunt omiſſa.et pro his quę ſequũtur,ediderunt.quod experientia tua fieri non permittat.ſed in regiſt.eſt.In qua re
„ Experientiam tuam volumus omnino eſſe ſol
„ licitam;nec tale quidquã fieri poſt hac, noſtra
„ auctoritate data tibi,permittere debeas.ſcitu-
„ rus,quod ſi neglexeris,noſtros exinde de mi-
„ nori cõtra te ſollicitudine animos commoueri.
Eſt in his uerbis nonnihil mendoſum. Poſtea de monaſterijs quibuſdã agitur;quę in regiſtris videantur.

*Cap.4.ex concilio Lateranen.*)cap.19.cõcil.c.20. Cont.c.5. Gull.Neubrigen.

*Non minus pro peccato etc.*)eorũ,additur in concil.et in trib.Tarr.illorũ,Cõt.qui alia a Raim. omiſſa addit.pro illorũ peccato, Gull.et Barc.

*quod faciunt*)homines,addit unus Tarr.qui faciunt,cõcil.et Gul.et Cõt.et Barc.et duo Tarr. ſed in altero qui mox mutatum in quod eſt.

*pro illorum*)ſic etiam concil.et Cont.pro eorũ, Gull.pro ſuorum,unus Tarr.

*quod ſuſtinent*)malo qui pro quod,ut in cõci.et apud Gul.et Cont.et in Barcin.et in uno Tarr. utraq.uox in altero deſideratur.

*conſules ciuitatis,& rectores*)ciuitatum pro ciuitatis,uetus Tarr.et Raim.rectores,et conſules ciuitatum,concil.

*ita grauibus &c.*)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.et ita pro ita,duo Tarr.et concil. ut editum eſt, Gull.

*& crebris*)ſic etiam Gul.crebriſq.concil.

*non habebat*)ſic etiam concil.et Raim.non habuit,Gul.

*ille quidem*)et ille quippe,uetus Gregor.ſolus.

*ſeruitutibus ſubactis*)ſic uetus Greg.ſeruituti ſubiectis,concil.ſeruituti ſubactis , Gul. et uetus Tarr.olim,et Cont.et alij.

*de publicis*)de publico,Barc. aptius, et concil.et Raim.et tres Tarr.in quorum uno ex publico publicis factum.

*eas affligũt*)ſic cõc.et Greg.9.ipſas pro eas,Gul.

*Princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo*)Hierem. thren.c.1. ἄρχουσα ἐν χώραις ἐγενήθη εἰς φόρον. Lxx.

*foſſata*)Modeſtin.cap.3.de re militari,qui a foſſato recedit,capite puniendus eſt.

*& clericorum,& pauperum*)ſic Raim.vox et poſterior non eſt in uno Tarr.neq.apud G ll.nõ male.clericorum,et pauperum, concil. omiſſo et priori.

*cuncta uolunt fere compleri*)compilari,concil. uolunt fere cuncta compleri,Raim.cuncta volũt compleri,Gulli.uoce fere omiſſa.

*iuriſdictiones etiam*)iuris etiam dictiones,unus Tarr.iuriſdictionem etiam , concil.et Gull.et Raim.

*Epõrum et aliorũ*)hæc omittunt Raim.et Cont.

*ſuper quo dolendum &c.*)hæc etiã omittũt Raim. et Cont.eſt,additur in concil.et in uno Tarr. poſt uocem dolendum.

*dolendũ etiã eſt nihilominus pro ipſis*)vox eſt in cõcil.deſideratur,uox nihilominus in uno Tarr. dolẽdũ nihilominus pro ipſis,Gul.et pro ipſis concil.

*qui et*)vox et nõ eſt in concil.neq.in uno Tarr.

*et clerus*)ſic etiã concil.et Raim.vel pro et,Gul.

*uel utilitatem*)et pro vel,Gulli.ſolus.

*inſpexerint*)aſpexerint,concil.et Gul.inſpexerit,duo Tarr. et vetus Gregor.aſpexerint, Cõt. et alij.

*abſq. ulla occaſione)* coactione, uetus Gregor. aptius. exactione, Cont. et alij. abſq. coactione, concil. et Gulli. abſq. ulla coactione, uel excōmunicatione, unus Tarr.

*utilitates, uel)* hæc omittunt concil. et Gulli. habet Raim.

*iſta commiſerint)* ſic etiam Gul. et Raim. id præſumpſerint, concil.

*noluerint)* uoluerint, mendoſe in concil. prioris editionis.

*nec communioni)* ſic etiam Raim. fidelium, addit Gulli. nec communicationi fidelium, concil.

*donec ſatiſfactionem fecerint competentem)* niſi pro donec, concil. et Gulli. qui addit in fine, pænitē tes. donec ſatisfecerint competenter, uetus Gregor. ut editum eſt, Cont. et alij.

## TIT. XXXVII. NE CLE-

*rici, uel monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant)* ſic etiam Raim. et Cont. miſceant pro immiſceāt, unus Tarr. et leges, nec phyſicam audiāt, addit alter Tarr.

CAP. 1. *ex concilio Magocen.)* Magot. duo Tarr. Maguntino, Raim. et Cont. ex concilio Moguntino cap. 22. Burch. lib. 8. c. 90. Magontienſi c. 22. Iuo parte 7. c. 108. et in marg. Magont. 1. c. 14. quod ex concil. confirmatur. extat etiam in altero Magunt. ſub Rabano c. 13.

*Multa ſunt &c.)* ſic etiam Raim. et Cont. Ante hæc uerba eſt in concil. d. c. 14. Miniſtri autem altaris domini, uel monachi, nobis placuit, ut a negotijs ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo etc. ſic etiam Burch. ſic Iuo. At d. cap. 13. ſub Rabano hæc uerba ſunt. Prouidendum neceſſario eſt unicuiq. Epō, qualiter canonici uiuere debeant, nec non et monachi; ut ſecundum ordinem regularem uiuere ſtudeant; ut ait Apoſtolus. Vnuſquiſq. in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat. et ut a negotijs ſæcularibus omnino abſtineāt. Multa ſunt enim etc. Pauli uerba uidenda epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. et epiſt. ad Epheſios c. 4.

*de his tamen pauca perſtringamus)* de huiuſmodi tamē perſtringamus pauca, unus Tarr. perſtrinximus, concil. utrubiq. cetera, ut edita ſunt. de quibus pauca præſtringamus, uetus Greg. perſtringamus, alter uetus, et Cont. et alij. ut editū eſt, Burch. et Iuo.

*ad quę pertinet omnis carnalis concupiſcentia)* ſic etiam Raim. et Cont. ad quæ pertinet omnis libido, non ſolū in immunditia carnis, ſed etiam in omni concupiſcentia carnali, concil. d. c. 14. plenius. immunditia pro in immunditia, d. c. 13. IN omittit Burch. utrubiq. et ſcribit, omnis carnalis concupiſcentia, cetera, ut concil. Iuo, ut Burch.

*quidquid enim plus iuſto appetit)* vox enim nō eſt in concil. neq. in Gregor. neq. olim fuerat in veteri Tarr. in fine in his omnibus additur vox homo, et in duob. alijs Tarr. et apud Burch. et Iuon. qui etiam carent voce illa enim. homo, hoc, additur in ueteri Tarr. ſed vox hoc poſtea expuncta eſt.

*uel lites, uel rixas)* ſic etiam Raim. et lites, uel rixas, concil. et vet. Tarr. et lites, et rixas, Burch. lites, et rixas, Iuo.

*in placitis)* in plateis, uetus Gregor. ſolus. placitum pro iudicio dicebant illis temporib. ut in legibus Longobardor. tit. de his, qui ad placitū uenire coguntur.

*conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerū)* ſic etiam concil. Burch. Iuo, et duo ueteres Gregor. conductores ſæcularium rerum, aut procuratores eſſe, Cont. et alij.

*turpis uerbi, uel facti ioculatorem)* eſſe, additur in cōcil. et in uet. Tarr. et in Barc. et apud Burch. iaculatorem eſſe, Iuo, et in marg. ioculatorem eſſe. At in Gregor. eſſe ioculatorem, et in duob. Tarr. vox uel in uno Tarr. olim deſiderabatur.

*iocum ſæculare)* ſic etiam in concil. d. c. 14. ſæcularem, d. c. 13. Burch. Iuo, Raim. Barc. et tres Tarr. locum pro iocum, unus Tarr. iocum interpretor ludū, ut differat a iocoſis uerbis.

*ornamentum inconueniens propoſito ſuo)* ornamentū conueniens pro poſſe ſuo, Barcin. ſolus, non recte, conueniens quoq. olim fuerat in uno Tarr. ſed omnia errata librariorum perſequi non debemus.

*uel menſuras)* iniuſtas, addit ſolus vetus Tarr.

*eſt contradicendum)* eſt interdicendum, d. c. 13. non male.

*negotiaſſe)* ſic etiam concil. d. c. 14. Burch. et Iuo. negotiatos eſſe, d. c. 13. Raim. negotia geſſiſſe, malo. negotiamini, dum uenio, dicitur Lucæ c. 19. πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι.

*prauidere)* ſic etiam concil. Burch. et Iuo. prouideri, Raim.

*negotia monaſterij tranſeant)* negotium monaſterij tranſeat, concil. Burch. et Iuo. negotia monaſterij procurarentur, uetus Gregor. procurentur, alter, et Cont. et alij.

*& omnibus quibuslibet cauſis)* in pro et, concil. d. c. 14. et in omnib. Burch. et Iuo, et omnib. Raimun. in comeſſationibus, et uinolentijs nimijs incumbere, ſuperfluitatem in quibuslibet reb. nolle fugere, concil. d. c. 13.

*ſuperfluum eſſe)* ſic etiam concil. d. c. 14. Burch. et Iuo. ſuperfluis intereſſe, Barc. et Raim. apertius.





*ecce talia &c.)* ecce qualia etc. uetus Gregor. ſolus. quę omnia, etc. d. c. 13. concil.

*altaris domini, nec non)* altaris domini noſtri, idē vetus Greg. tantum. altaris interdicimus, cōcil. d. c. 13.

*omnino)* hæc vox in duob. Tarr. deſiderabatur, in altero addita eſt. omittitur d. c. 13.

*de quibus, &c.)* hortantes eos ſeruare illud Apoſtolicum, concil. d. c. 13.

*nemo militans Deo implicat ſe ſæcularib. negotijs)* ſic etiam vetus Gregor. negotijs ſęcularib. concil. et Burch. et Iuo, et Cont. et alij. implicet pro implicat, alter vet. Greg. vox Deo in quibuſd. Græcis libris non eſt apud Paulum epiſt. 2. ad Timotheum cap. 2. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. Nemo, inquit, militans implicatur uitę negotijs. Superiora tamen verba de milite Chriſti ſunt. σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ χριστοῦ. De quib. uerbis dictum eſt cap. 2. de renuntiatione. et ciuili iure Romanorum prohibita erat militibus negotiatio, uſq. eo, ut ne agrum quidem cōparare militi liceret in ea prouincia, in qua militaret, ne a cura ſua auocaretur, ut Macer ait cap. 13. de re militari.

Poſt hæc verba ſunt alia in concil. d. c. 13. a pijs lectoribus omnino legenda, et conſideranda.

*Cap. 2. Alexander iij. in concilio Turonenſi)* ſic etiā Raim. et Cont. et concil. parte 27. c. 2. titulo ne clericus, vel monachus ſęcularib. ſe negotijs immiſceat: et de regula religioſorū. Addo cap. 8. ex quodam libro Pontificali nondum edito, et ex hiſtoria Anglica Gulliel. Neubrigen.

*Non magnopere &c.)* Recte Cōt. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiā in concil. et in ſupra ſcriptis libris.

*ſed manū mittit ad deſiderabiliora)* deſiderabilia, Pontif. et Barcin. et duo Tarr. et Cont. Hic manum mittit ad deſiderabilia, concil. iniecit pro voce mittit, olim in Pontif.

*et electos quoque)* quoſque, unus Tarr. et Pont. et Contius. electos quoq. in concil. omiſſa voce et.

*dicente ſcriptura, Eſca eius electi)* ſic etiam Cont. electæ pro electi, Pontif. Eſca eius electi, cōcil. et in marg. Iob cap. 39. iuxta Lxx. ſed Abacuc cap. 1. in Complut. ſunt illa uerba, Eſcę eius electę. Iob uerba parum apta mihi vidētur eſſe d. c. 39. καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. Lxx. d. c. 1. Abacuc. et cibus eius electus. Hieron.

*caſum operari ſe)* caſum ſe operari, concil. caſum ſe, Contius omiſſa voce operari. cauſis operari ſe, Pont. non recte. caſum ſiue caſus, Gull.

*pretioſus)* hæc vox deſideratur in concil.

*detractum)* ſic Pontif. et Cont. ſubtractū, cōcil.

*in angelum lucis &c.)* Paul. epiſt. 2. ad Corinthios cap. 11.

*lugentium fratrum)* languentium fratrum, cōcil. et Raim. et Pont. et tres Tarr. ſed in uno eorū mutata eſt ea vox in lugentium, quę mihi non æque placet.

*conſulendi)* ſic etiam concil. et Raim. coſulendū, duo Tarr. in quorum altero conſulendi olim fuerat. conſiderandi, Pontif. quod nondū probaui.

*pertractādi)* ſic omnes pręter vet. Tarr. in quo ex pertractandi pertractandum, ſcriptum eſt.

*et regulares)* vox et ab alijs recte omittitur.

*phyſicales)* ſic etiam Raim. phyſicas, cōcil. et Pōt. et Barcin. minus inepte.

*ſub occaſione)* ſic etiam concil. et Pont. vox ſub omittitur a Raim. et Contio. ſub hac occaſione, Gul.

*et in interioribus &c.)* hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil. et apud Gull. vox in omittitur in Pontif. et in uno Tarr. et in altero aliquando deſiderabatur.

*ex eo ipſo)* ipſi, Gull. pro ipſo.

*per præſentis concilij aſſenſum)* de præſentis concilij aſſenſu, concil. et Pont. hęc etiā nulla ſunt in Gregorianis.

*ut nulli)* ſic etiam uetus Gregor. et Cont. et editi. ut nullus, concil. et Pont. et alter vetus Gregor. et unus Tarr. et Barcin.

*poſt factam)* ſic etiam concil. Pont. et duo veteres Gregor. et poſt factam, Contius, et alij, non male.

*permittatur exire)* ſic etiam concil. et Pont. permittantur exire, tres Tarr. et Raim.

*Si uero exierint)* ſic etiam Raim. exierit, concil. et Pontif. ſic poſtea eadem varietas eſt in alijs verborum numeris.

*et ad clauſtrum)* monaſterium, duo Tarrac. tantum.

*uoluerint, audiantur)* ſic etiam Raim. voluerit, audiatur, concil. et Gul. temptauerit, audiatur, Pontif.

*ultimi fratrum exiſtant)* ſic etiam Raim. ultimus fratrum exiſtat, concil. ultimus fratrum ſemper exiſtat, Pontif. plenius.

*niſi forte ex miſericordia)* niſi ex miſericordia forſan, Pont. forte Gul. ut editum eſt, concil. et Raim.

In fine adduntur in concil. tantum hęc. Epī uero, Abbates, Priores tantæ enormitati conſentientes, et non corrigentes ſpolientur proprijs honoribus, et ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hęc Raim. dura uiſa ſunt, et ideo ab eo ſunt reiecta.

*Cap.3.Ex concilio Lateranen.*)Idem in concilio Lateran.Raim.Adde cap.12.ex concilijs.

*Pars c. Clericum*)Clerici,Cont.et vetus Tarrac. Clerici in ſubd.Barcin.plenius.Integra clauſula quęrenda eſt ſub titulo de poſtulādo.ſubdiaconatu pro ſubd.ſcribendum.

*Sed nec procuratores*)ne pro nec,Barcin.Sed nec procurationes,concil.et Raim.et tres Tarr. in quorum uno procuratores olim fuerat. et in duob.veterib. Gregor.dubium eſt, procuratores,an procurationes, ſcriptum ſit.ego concil. ſcripturam probo.

*et ſecularib.*)ſic etiam Raim. uel pro et, concil. neutrum in altero veteri Gregor.

*ut iuſtitiarij eorum fiant*)ſic etiam concil.ut iuſtitiarius eorum fiat,Raim.

*exercere præſumat*)aſſumere præſumat, concil. poſterioris editionis. exercere præſumant, vetus Tarr.olim.ut editū eſt,Raim.exiſtere præſumat,prior concil.editio.

*aduerſus hoc uenire temptauerit*)ſic etirm concil. et duo veteres Greg.hæc pro hoc,Cont.et alij. aduerſus hoc tēptare præſumpſerit,unus Tarr.

*quia contra doctrinam Apoſtoli*)ſic etiam Raim. diſciplinam pro doctrinam,duo Tarr. quoniā contra doctrinam Apoſtoli eſt,concil.plenius.

*Nemo militans Deo &c.*) de his verbis dictum eſt cap.1.

*implicat ſe ſecularib negotijs*) negotijs ſæcularib. concil.implicet pro implicat, Raim.cetera, ut edidimus.

*ſeculariter agit*)ſic uetus Gregor.alter,et Cont. et alij editi.et ſæculariter agit,concil.ideſt ſęculariter agit,unus Tarr.quamuis vox ideſt olim non eſſet.ſæculariter agens,alter uetus,Tarr.ſęcularibus agens,alter Gregor.vetus,non recte.

*ut potentibus*)ſæculi,additur in concil.ut poteſtatib.Raim.

*ſe immergit*)ſe iniungit,vetus Gregor.ſolus.

*decernimus*)decreuimus,concil. et duo veteres Gregor.decernimus,Cont.et alij.

*auſus fuerit*)ſic etiam Raim.audeat,concil.

*Cap.4.per A.ſ.m.*)per Apoſtolica ſcripta mandamus,unus Tarr.præcepta.concil.et in marg. pręſcripta,non recte.omittuntur autē alia quædam in concil.

*uel eccleſias recipere*)et eccleſias,cōcil.omiſſo verbo recipere,non ſine mendo.

*vel detinere*)vel receptas detinere,concil.

*a ſua præſumptione*)a præſumptione ſua, concil. ab hac præſumptione,Barcin.

Omiſſum uidetur hoc caput a Raim. propter caput proximum.

*Cap.5.Idem Lundon.Epō*)Lunden.concil.d.parte 27. c. 3. prior. edit.Londonen. poſterior. et Cont.et alij.Londonien.malo.

*uel a laicis*)ſic etiam in cōcil.A in vet.Tarr.nō eſt.vel laicis ſuo nomine,Raim.

*neque laici eccleſias ad firmas teneant*) ſic etiam duo veteres Gregor.firmam pro firmas,Cont. et alij.vel laici ad firmā eccleſias teneant,cōcil.

*Cap.6.Idem Cant. Archiepō*) Cantuarienſi pro Cant.concil.d.parte 27.c.4. et Raim. et Cont. plenius.Sed mihi concilij alicuius verba uidentur,ut aperte ſunt ex concilio Agathenſi ea, de quib.mox agemus.In uno quoq.ueteri Gregor.eſt tantum vox Idem, quæ referri poteſt ad concil.Lateran.proximum.

*Clericis,qui in ſacris ordinib.conſtituti ſunt*)ſunt cōſtituti,concil.Clericis,et infra. Raim. et Cont. ſub tit.de uita,et hon.cler. Clericis in ſacris ordinib.conſtitutis,ſub hoc titulo.

*ex Toletano concilio*)ſic etiam unus ex veterib. Gregor.ex concilio Toletano,alter vetus Gregor.et Cont.et alij, et duo Tarr. deſiderantur hęc in tertio Tarr.et in concil.ſed in marg. ſcripta ſunt.Addi autem poteſt,Toletano xi.cap. vi.ex cōcil.cuius verba refert Burch.lib. 1. cap. 201.ut ex concilio Moguntí.c.6.et Iuo parte 5. c.315.decreti,ex Tolet. concilio c. 6. et Raban. in lib. de pænit.cap.30.et Grat.23.q.8.c.30. ex concil.Tolet. xi. In eo capite pro uerbis ſupra relatis hæc ſunt.His, a quib.domini ſacramēta tractanda ſunt,ſic in concil.et apud Raban. et Grat.tractantur,habent Burch.et Iuo.

*iudicium ſanguinis agitare non licet*)hæc ſunt Toletani concilij verba,teſtib. concil.Rab.Burch. Iuone, Grat.et Raim.et d.partis 27.collectore.

*Vnde prohibemus*)hæc aliter in cōcil.Tolet. ſunt.

*ne aut per ſe truncationes membrorum faciant*) uox membrorum non eſt in Barcin.eſt in concil.d. c.4.et in Gregor.aut truncationes quibuslibet perſonis, aut per ſe inferant, Tolet.d.c. 6. et Burch.et Iuo. quaslibet pro quibuslibet, Raban.aut per ſe inferant mēbrorum truncationes quibuslibet perſonis,Grat.editus.aut membrorum truncationes quibuslibet perſonis per ſe inferant,vetus Grat.liber.

*aut iudicēt inferēdas*)ſic etiā d.c.4.et apud Raim. aut inferendas præcipiant, Tolet. et Burch. et et Iuo,et Grat.aut alijs iudicent inferendas,vet. Tarr.ſed vox alijs olim deſiderabatur. aut inferenda præcipiant,Raban.

*Quod ſi quis tale quid fecerit*) alijs verbis in Tolet.concil.vox quid non eſt in uno vet. Greg. eſt in altero veteri,et in concil.d.c.4.

*honore priuetur,et loco*)ſic etiam d.c.4.et in Gregor.et cōceſſi ordinis honore priuetur,et loco. Tolet.et Burch.et Iuo.vox et apud Grat. deſideratur.priuatus pro priuetur, eſt in Suriana tātum edit.concilior.et apud Rab.



*Iubemus etiam &c.*)hæc non ſunt ex Tolet.concilio,in quo aliæ poenę enumerabantur:ut etiā Rab. Burch.Iuo,et Grat.referunt.ut editū eſt, cōcil.d.c.4.Inhibemus etiam etc. uetus Greg. Iubemus,alter vetus,et Cont.et alij.

*Clerici,qui comam &c.*)hæc verba ſunt Agathēſis concilij cap.20.quod antiquius multo eſt, quam illud Toletanum.refert hęc etiam verba ex eod.Agathenſi concilio,Grat. diſt. 23. c. 22. Clerici etiam,qui comam, eſt in concil. d. c. 4. Raim. etiā voce caret ſub tit.de vita,et honeſtate cleric. totam clauſulā omiſit ſub hoc titulo.

*nutriunt*)ſic etiam concilia. d.c. 20. et d.c. 4. et Grat.et vetus Gregor.et barbam, addit Cont. et alij editi.vide cap.4.tit.1.lib.3.huius collect.

*etiam inuiti ab Archidiaconis ſuis tondeantur*) ſic in concil.d.c.4.a ſuis Archidiaconis, Raim. ab Archidiacono,etiam ſi noluerint,inuiti detondeantur.concil.d.c.20.et Grát.

*Veſtimentis autem &c.*)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.d.c.4. Veſtimenta, uel calciamenta etiam eis,niſi quæ religionem deceāt, uti,aut habere non liceat. Agath. alias et pro uel,in marg.concil. Veſtimenta etiā,vel calciamenta eis etc.Grat.

*quę honeſtatem*)ſic etiam in concil. d.c.4. quæ ad honeſtatem,Barcin.quod nōdum probaui.

*Si quis contra &c.*)Siquis autem cōtra,concil. d. c.4.et Raim. et duo Tarr.ſed a Raim.ſolo hæc cōiunguntur illi clauſulę,Iubemus etiam etc.

*Cap.7.Idem Lundon Epō*)Lunden.Epō,concil. d.par.27.c.7.edit.prioris.Idem eidem,Raim.et Cont.hoc eſt London.ut ſupra cap.5.London. Epō,cōcil.poſter.editionis. Idem in eodem, vetus Gregor.non recte.

*auribus noſtris*)ſic etiā concil.nobis,vetus Greg. omnia omittūt alter vetus Greg. et Cōt.et alij.

*monachi N.*)monachi de N. Barcin. et unus Tarr.et uetus Gregor. de H.alter vetus Greg. et Cont.et alij.de Neſtun.concil.plenius,de E. alter Tarr.

*exemplo corrumpant*) ſcribe corrūpunt, ut eſt in quattuor Tarr. et in cōcil.et in uno ueteri Gregor. exemplo eorū corrumpunt, Barc.et alter vetus Greg.ſuo pro eorum,Cont.et alij.

*Inde eſt etc.*)ſic etiā in concil.ſeuerius hęc a Gregor.9.ſcripta ſunt.Ideoq.mand. quatenus, eos etc.

*ut ſi tibi*)et pro ut,unus Tarr. aut, concil. vel, Raim.

*auſu temerario*)temerarie,Barcin.ſolus.

*eis eiectis fratres Ciſtren.ordinis*) abiectis pro eiectis,cōcil.poſter.edit.mutauit hæc Raim.eis eiectis, inquit,fratres alterius ordinis, ſi nō poteſt pręſcriptū monaſteriū in ſuo ordine reformari.

*et illi tam de*) tandem,ſcribendum,ut eſt in Barcin.et in trib.Tarrac. et in Gregor.et illi inde, concil.

*rubore confuſi*)ſic Raim.rubore ſuffuſi,concil.nō male.

*Cap.8.Eugenius Papa Lucell. Archiepō*)Lucellis, tres Tarr.Iocell.Barcin.Luc. Epō, vetus Gregor. Vic.pro Luc.alter.Lucæ, Cont.et alij.Eugenius Papa primus Saren. Epō, concil. parte 26.c.15.titulo de depoſitione clericor. etc.Addi autem poteſt ex eadem collectione, pars cap. Presbyterum,cuius duo.Integra clauſula extat cap.2.de clerico ægrotante, cuius etiam inſcriptio eſt in hac collect. Eugenius Papa Iocell.Archiepō.Eiuſdem reſcripti pars eſt cap.2. de apoſtatis,in hac collect.

*Sacerdotib.autem,et clericis tuis*)ſic etiam concil. aut pro et,Barcin,Sacerdotibus tuis,et clericis, vetus Gregor.Sacerdotib. et clericis tuis, alter vetus Gregor.et Cont.et alij.

*fieri præſumpſerit*)fieri pręſumpſerint, Barcin. et quattuor Tarr.facere pręſumpſerint,Raim. pręſumpſerint,concil.altero verbo omiſſo.

*propter pecuniariam cauſam a laicis capiantur*)propriam cōcil.pro pecuniariam.propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraude, Raimund.

*ſcandalum generari*)ſic etiam in concil. præiudicium generari,vetus Gregor.ut editum eſt, alter vetus,et Cont.et alij.

# LIBER QVARTVS.

## TIT.I.DE SPONSALI

*bus,et matrimonio.*) ſic etiam vetus Gregor. et matrimonijs,Barcin.et Contius,et alij. De ſpōſalib.unus Tarr.alijs omiſſis.

CAP.1.*Alexander iij.*)I.PP.Electo, duo Tarr.addunt non recte.I. Papien. Electo, ſcribendum cenſeo. Præl. eccleſiæ, vetus Gregor. non ſine mendo.Papien.Epō, Contius, et alij.L.Papien.electo,c.4.qui matrim. accus. pos.in hac collectione.

*Cum Hugo Alberitius*) Albericus, Barcin. cum Hug.Albericus,tres Tarr.cū H.Raim.et Cont.

*cuidā filio Lantacon.*) Lantaconon.vetus Tarr. olim,mox Lanconon.cuidam filiorum L.Raimund.

*dare vellet uxorem*)in vxorem,vetus Tarr. in tamen

tamen olim illic non fuerat.ut editum eſt, vetus Gregorian.vellet dare uxorem, Contius,et alij.

*cui deſponſabatur*)hęc omittunt Raim.et Cont. ut alia nonnulla,in quibus et illa ſunt, ad eccleſiam accedentes.

*præfatus Hugo*)H.Raim.Hug.tres Tarr.

*eandem feminam dare alteri filio nititur*) eandem dare nititur alteri filio, vetus Gregor. eandem dari alteri filio nititur,Cont.et alij.

*ſcriptum eſt quod ſponſam fratris frater habere non poteſt*)de uxore fratris dicitur Leuitici cap.20. Qui duxerit uxorem fratris ſui,rē facit illicitā. καὶ ἀνὴρ ὃς ἂν λάβῃ γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀκαθαρσία ἐστίν.Lxx.Excipitur alibi, ſi frater ſine liberis moriatur. ſed de fratris ſponſa nihil diſerte inuenio præter ea, quę Grat.adfert 27.q.2.c.10.11.13.et 14.quorum etiam capitum fontes nondum inueni.huc reſpexiſſe Alex. exiſtimo.

*d.s.per A.ſ.pr.*)hęc omittunt Raim. et Cont. dis.pro d.duo Tarr.pr.in uno Tarr. deſideratur.

*quod canonicæ rationi obuiat*) hæc etiam omittūt Raim.et Cont.ex quib.appareт non fuiſſe illud legi diuinæ contrarium,ſed canonicæ rationi:quæ non erant omittenda,Britanniæ Regis cauſſa.

*diligenter admoneas,et*)monitione pręmiſſa,Raimund.

*contra.&c.*)vox etc.non eſt in quattuor Tarr. contra.in veteri Tarr.deſideratur,in trib.alijs, et in Barcin. eſt.non eſt in Greg. ſuſpicor ſignificari: contradictores per cēſuras eccleſiaſticas cōpeſcendo.

*Cap.2. Idem Winton Epō*) Vuintonienſi Epō concil.

*niſi cohæſerint copula maritali*)carnali,vetus Tarr. aptius. niſi carnali copula cohæſerint, concil. varietates huius in ſcholijs veterum interpretū mētio fit.Qui adhæret meretrici,unum corpus efficitur. Paulus epiſt.1.ad Corinthios cap.6. uide cap.1.de deſponſat.impuberum.

*Idcirco*) ſic etiam in concil. et idcirco, vetus Tarr.

*libere ducitur*)obſtat tamen publicę honeſtatis impedimentum.quamobrem Raim.hæc omiſit.

*Cap.3.Idem Wigor.Epō*) Vuigoren.Epō,in concil. parte 6.c.2.titulo de ſponſalibus,et matrimonio contrahendo, uel iam contracto. Wigornienſi ſcribo.

*quid tibi*) uox tibi in vet.Tarr.olim deſiderabatur:eſt in concilijs.

*de Willelmo*)de Vilielmo,vetus Tarr.de Vuilhelmo, concil.

*itaque*)utique,concil.

*cuilibet*)hęc vox in concil.non eſt.

*fidem dederit*)dedit,concil.

*a muliere ſecunda*)ſua,unus Tarr.ea,concil.

*pænitentia*)poena,vetus Tarr.ſolus.

*inducenda*) iniungenda, duo Tarr. indicenda, Barcin.et concil.et unus Tarr.

Hoc etiā caput omiſſum eſt a Greg.9. propter dubitationē interpretū, num fides data fuerit uerbis præſentis temporis, an futuri. ſed facile fuit addere futuri mentionem.

*Cap.4.Idem Panormitano Archiēpo*)ſic Raim. et ita ſcribendū in cōcil.d.parte 6.c.12.ubi Pan.eſt in utraq. editione, et in priori Parno.in marg. ſed Piſano inuenio in ueteri Greg. ſcriptū ſub hoc titulo,et ſub tit.de cōndic.appo.neutrum, ſed Alex.iij.tantum.

*De illis autem &c.*)ſic etiam in concil. et in Gregor.ſub hoc titulo,ſed tit.de cond. appos. De illis autem, et infra. quod a Contio prætermitti non debuit, ut lectores ſcirent, integra clauſula quę eſſet. Vox autem ſignificat partē eſſe hanc, non initium capitis. Qui integram epiſt.inueniet,dicere poterit, quod fuerit eius initium.vox autem eſt in veterib.Gregor. utrubique, non eſt in editis c.3.de condic.ap.

*terram.et ſe ad partes alias transferunt*)alienas pro alias,concil.terras,ſe ad partes alias transferentes,vetus Gregor.terram,Cont.et alij.

*mulieribus ipſis*)mulierib.et ipſis,vetus Greg.ſolus.et,in concil.non eſt.neq.in editis Gregor.

*in facto*) in factum,unus Tarr.

*ad alia ſe vota transferre*) ſic Raim. vox ſe olim in vet.Tarr.non erat.ad alia uota tranſire,concil.

*recepta tamen*) ſic in concil. et in vet.Gregor. vox tamen omittitur a Contio,et alijs.

*ſi per eas non ſteterit &c.*)ſic in concil.non ſtetit, unus Tarr.ſi per eas ſteterit,quo minus matrimonium fuerit conſummatū,vetus Gregor.ſtetit,Cont.et alij.Alano,et Tancredo placebat ſine negatione ſcriptura,quā ſecutus Raim.eſt. Ricardo,ſiue Rogerio cum negatione.

*conſummaretur*) conſummetur,concil.

*præſtiterit*)ſic in concil.et in duob.veterib.Gregor.præſtitit,Cont.et alij.

*in uxorem accipiam*)ſic etiam Raim. accipio in uxorem.concil.quod uix defendi poteſt.

*quod iuramento*)uox iuramento non eſt in Gregor.eſt in concilijs.

*niſi conſenſus de præſenti &c.*) horum verborū mētio fit ab Vrbano 3.cap.4.de cōdic. appoſitis in hac collectione,argumento a cōtrario ſenſu

ſumpto



ſumpto,ut Alanus illic notat.

*Cap.5 Idem Ebardo Paduano Epō*)ſic etiā in cōcil.d.parte.6.c.18.Eborardo, unus Tarr.Ebordardo,alter. Idē Paduano Epō,Raim.et Cont. Eberardi Paduani mētio fit cap.22.d.partis 6.

*pars c.* *) Sollicitudini, addunt Barcin. et tres Tarr.Pic,Sollicit.Contius.Integra clauſula exſtat in concil.et c.4.de ſponſa duorum, in hac collect.ubi eadem inſcriptio eſt.

*De muliere,quæ eſt &c.*)ſic etiam concil.d.parte 6.c.19.et Raim.et Cont.ſub hoc titulo de ſponſalib.De muliere,et infra,ſub tit.de matrim. cōtra interd.In Barcin.additur uox uero poſt vocem muliere.

*et detenta*)hęc non ſunt in Barcin.neq.in veteri Gregor.ſunt in concil.et in editis Gregor.

*et utrum poſtea*)ſic etiam in concil.et in vet.Gregor. vox et deſideratur in editis,et apud Contium.

*certum nobis*)quia certum nobis,concil.et vetus Gregor.Cum certum nobis,Barcin.ut editum eſt,Cont.et alij.

*nil poſtea*)nihil poſtea,Raim.nil,cōcil.altera voce omiſſa.

*exquiſitioni tuæ nihil &c.*)ſic in duob.Tarr.olim, mox inquiſitioni etc. inquiſitioni eſt etiam in Barcin.inquiſitioni tuæ nihil,concil. nil inde tibi poſſumus reſpondere,vetus Gregor. nihil certum inde etc. Cont.et alij. Ante vocem inquiſitioni eſt in Barcin.et imo,mendoſe,ſed ſuſpicor,et ideo,ſcribendum, ſic enim ſcribi ſoletiō.

*ſeſe receperint*)ſic etiam in concil.ſe receperunt, vetus Gregor.ſe receperint,alter vetus,et Cōt. et alij.

*donec tamdiu*)ſic etiam concil.et Raim. et tamdiu,Barcin.

*de iure poſſit.et debeat ſtare*)ſic etiam in cōcil.poſſit,et debeat iure ſtare,Raim. quod non æque placet.

*Cap. 6.Idem Cant.Archiēpo*)ſic etiam in concil. d.parte 6.c.20.et parte 41.c.3.et parte 10.c.3.Idem,vetus Gregor.alijs omiſſis.Idem Cantuarien.Archiēpo.Cont.et alij. Hoc eſt cap.7.in Barcin,caput vero ſextum eſt, quod nobis eſt cap.13.in cōcil.poſter.editionis d.c.3.par.41.eſt Cantuarienſi.

*Ex litteris,quas &c.*)Recte Cont.addit a Raim. prius omiſſa,quæ ſunt etiam in concil.

*et Mariæ filiæ Gileberti de ſancto Leodegario*)ſic etiam in cōcil.d.c.20. G.de S.Leodegario,c.28. d.par.6.ubi etiam Maria eius filia dicitur.G.de S.Leodeg.M.filiam ſuā etc.c.3.de matrim.cōtra interd.in hac collectione. Gilberti de ſancto Ledeg.uetus Tarr.M.pro Mariæ,Cont. cetera,ut edita ſunt.

*tranſmiſiſti ſollicitudo*)ſic etiam in concil. tua, additur in vet.Tarr. tranſmiſſa tua ſollicitudo, Barcin.non recte. tranſmiſiſti, tua ſollicitudo, Cont.

*quam in ipſius*) quod pro quam,Cont. nō recte. quam,concil.recte.qui ipſius, vetus Tarr.quod reicio.

*plenarie indagare*)ſic in cōcil.plenius indagare, vetus Tarr.plenarie cognoſcere,Cont.

*pars mulieris*)ſic etiam cōcil.parum diſerte.pars altera mulieris, Contius, plenius, ſed non aptius.

*fratrib.noſtris*)ſic etiam in concil.fi.n.Cont.mendoſe.

*Winton.Herforden.et Baton.*) Wint.Herford.et Baton.Contius. Vuinton.Herefordē. et Bathonien.concil. Witon.et Herford.duo Tarr.Hereforden.tertius Tarr.Batho. pro Baton. vetus Tarr.Bacon.alter.Ipſæ litteræ,quarum hic mētio fit,exſtant.d.c.3. de matrim. contra interd. cuius inſcriptio eſt.Idem Winton.Bathō. Herforden.Epis.et in concil. d. c.28. Idem Vuin. Bat.et Hereford.Epis.Qui eas litteras cum his coniunget, plenius de toto negotio cognoſcet.

*per A.ſ.m.*)ſic etiam Cont.pr.m.duo Tarr. per A.ſ.pręſentib.mandamus,concil.pręcipiendo, malo;quam præſentib.pr.explanare.

*partes adire*)ſic etiam Cont.partes aditæ, cōcil. prioris editionis,non ſine mēdo.ut editum eſt, concil.poſter.edit.

*cont.et ap.ces.*) contra. pro cōt.tres Tarr.re. pro ces.vetus Tarr. contradictione,et appellatione ceſſante,concil.re.pro ceſſante,Cont.

*De hoc autem &c.*)ſic etiam in concil. De hoc, quod conſuluiſti,vetus Gregor. De hoc autem, quod conſuluiſti,Cont.et alij.

*conſuluiſti*)ſic etiam Raim.cōſuluiſtis,duo Tarr. ſed in altero S expunctum eſt. tuarum cōſulere voluiſti,concil.d.c.3.partis 41.

*hoc tuam &c.*)omittit quædam Raim.quę ſunt in concil.ea neglecta ſunt etiam a Contio.

*ſi alter aliter intellexerit, quod alter propoſuerit*) quam pro quod, concilia.ſi alter alterum non intellexerit,etc.Barcin.ſi alter non intellexerit, quod alter propoſuit,Raim.alterū,vetus Tarr. pro aliter,non recte,niſi negatio addatur,ut in Barcin.

*in ſenſu retinere*)ſic etiam vetus Gregor.in eo ſenſu recipere, concil. in eo ſenſu retinere,Barcin. et Cont.et alij.

*Quod uero quæſiuiſti &c.*) Hæc neq. in concil. ſunt.d.c.3.neq.in Gregor. ſunt autem ſatis dignæ,quæ legātur.Sunt tamen in concil.d.parte

10.c.

10.c.3.titulo de appellationibus.

*appel.deferri*) appellationi deferri, duo Tarr. et concil.

*conſult.t.breuiter*)taliter,unus Tarr. conſultationi tuæ breuiter,duo Tarr.taliter,concil.cetera, ut duo Tarr.

*eſſet adulterium,&c.*)eſt crimē,uel adulterium, concil.

*ſi ap.interpoſitæ deferretur*)appellationi pro ap.cō cil. et duo Tarr. deferetur,vetus Tarr.deferatur, alter.vox interpoſitę non eſt in concil.

*nollemus*)nolumus, vetus Tarr. nō debet,cōcil.

*uel adulterij*)vel adulterium, vetus Tarr. vel ali quod adulterium, alter Tarr. utrūq. reicio. ut editum eſt,concil.

*materiam*)inepte matrimonia eſt in concil. in ūtraq.editione.

*Cap.7.Idem Vigilenſi Ep̄o*)ſic in concil. d. parte 6.c.3.et 4.et parte 2.c.4.Wigilienſi,unus Tarr. Wilienſi,alter.Vigilienſi tertius,et Raim.Idē,alijs omiſſis quartus Tarr. et vet.Greg.et cap.11. de deſponſat.impuber.in hac collect. Eberardo Paduano,concil.c.22.et 23.d.partis 6.ſed ea inſcriptio eſſe videtur capitis quinti huius tit.

*pars c.cum ſit Ro.*)hæc omittūt cōcilia,et Raim. et Cont.Integra clauſula uidenda eſt ſub titulo de ſimonia,tam in hac collect.quam in Cōtiano libro,et in concil.d.parte 2.c.4.ſcribi etiā potuit,pars cap.*Si puella*.ex d.c.11.

*Sponſam autem alterius*)vox autē non eſt in Gregor.eſt in concil.c.4.et c.23.d.partis 6.et d.c.11. ubi Sponſa eſt in edito libro,ſed in trib. Tarr. Sponſam.vox alterius illic nō eſt,additur vox maxime poſt vocē alterius a Cōtio et alijs;quę nō eſt in ueteri libro ſcriptoris manu; ſed poſt centum annos addita eſt,ut ſcholium. Bernardus tamen eā habuit; Alanus non habuit, ſed de ſuo addidit.

*conſanguineorum ali quando*) ſponſi pro aliquando,d.c.11.

Hoc caput in veteri Tarr.nonū eſt, vel potius fuit,nā poſt ſcripturam deletum eſt.

*Cap.8.Idem Abbatibus ſ.Eadmundi*)ſancti Cadmūdi, unus Tarr. et Grgoriani editi.Idē, vetus alijs omiſſis.Idem Abbati S.Edmundi,concil. d.parte 6.c.25.Abbati pro Abbatib.Barcin. cetera,ut edita ſunt.

*et de Meſcia*)et de Ra. vetus Tarr.et de Rameſua,Barcin. Rameſcia,concil.ſiue Rameſeria.et Demer,Cont. et in marg. Rameſia. Rameſcia placet,ut cap.5.de inſtitut.coll.2.vide cap.2. de dolo,et cont.in hac collect.

*Ex parte Eminæ*)Eimę,vetus Tarr.Emmæ,cōcil.E.vetus Gregor.C.Cont.et alij.

*inſimatum eſt aurib.noſtris*)noſtris eſt aurib. intimatum,concil.nobis intimatum eſt,Contius,et editi Gregor innotuit,vetus Raim.liber,alijs omiſſis.

*quod Andreas ſibi coram &c.*)ſic etiam in concil. quod A.iuramentum pręſtitit, vetus Gregor. Andreas pro A.Cont.et alij.

*pro coniuge teneret*)ſic etiam concil.et editi Gregor.tenet pro teneret,unus Tarr.coniugem teneret,vetus Raim.liber.

*ſicut uxori*)ſic etiam vetus Gregor.ſuæ,addit vetus Tar.et Barcin.et concil.et Cont.et alij.

*Quo facto in eadem &c.*) multa Raim.et Cont. omiſerunt,quæ ſunt in concil.

*iuramentum præſtitum*)vox hęc præſtitum omittitur in vet. Tarr.eſt in concil.

*Eminam*)Eimam,vetus Tarraconen.Emmam, concil.

*ſine manifeſta cauſa fornicationis*) ſic etiam cōcil. et Raim.rationabili pro manifeſta,uetus Tarr. vox fornicationis in altero Tarr.non eſt.

*tunc eam ſibi*)ſic etiam Raim.tunc eam vel ſibi, concil.

*nec nos &c.*)hæc etiam omittunt Raimund. et Cont.

*d.u.per A.ſ. pr.m quat.*)dis.ueſtræ pro d.u.duo Tarr.diſcretioni ueſtrę per A.ſ.præſentib. mādamus,quatenus,concil.præcipiendo pro præſentib. ſcribo.mand. quat. Raim.alijs omiſſis. multa etiam idem poſt hęc verba omiſit, quæ a Contio addita non ſunt.

*et eam*)ſic etiam cōcil.et Raim.; vox eam in vet. Tarr.non eſt.

*penitentia*)poena,in concil.non recte.

*noluerit*)contempſerit,concil.

*omnia oc.et ap.re.*)contra.pro oc.vetus Tarr.occaſione,alter.omni occaſione, et appellatione ceſſante,concil.

*excommunicationis uinculo innodetis &c.*)ſic etiam in concil.excommunionis,vetus Tarr.monitione pręmiſſa,eccl.cen.cogatis.duo veteres Gregor.per eccl.cens.Cont.et alij.

*ab omnibus*)hominibus,concil.quód non ęque placet.

*Cap.9.Idem Pictauienſi Ep̄o*)Pictauēſi,tres Tarr. et cōcil.d.par.6.c.26.Pict.vetus Greg.Pictauienſi,Cont.et alij.Hoc eſt cap.10.in vet. Tarr.

Ex *litteris uen.fratris noſtri Saluonon.*) uenerabilis pro uen.unus Tarr.et concil.Sanxonis pro Saluonon. cōcil.Saluon.vetus Tarr. Saluonē. duo alij Tarr. Ex litteris Sil. vetus Greg.Siluani,Cont.et in marg. Sanctonen. nō male.Siluani,alij.

*W.S.de Monſtrand.*)ſcilicet pro S. ſcribēdum ex concil.et quattuor Tarr.et Gregor. V.ſcilicet de Monda, concilia. Moronda, in marg. Monſtrandum,



Monſtrandum,duo Tarr.habent.Monſtrāda, tertius. Moſtrandum, quartus. ſcilicet V. de Monſtr.vetus Greg. Wiis. ſ.de M.alter.Guil. ſcilicet De montandre,Cont.de Monſtrata, alij.

*et B.de Mauritania*)ſic etiam in concil.et in Cōtiano libro. et B.Raim.alijs omiſſis.

*et ſpe pacis inter eos conciliandæ*)reconciliandę, d. c.26.hæc omittunt Raim.et Cont.et cauſa, additur in Barcin.quorum verborum nullam habendam rationem cenſeo.ſuſpicor interpretationem eſſe illorum,et ſpe.

*conuenerint*)conuenerunt, tres Tarr. et Greg. 9. conuenirent,concil.

*adinuicem*)inuicem,vetus Tarr.rectius.

*promiſerint*)promiſerunt,duo Tarr.et cōcil.promiſere,Raim.

*ſi quidem G.filiam prædicti B.*) quidem G. prioris filius filiam prædicti B.concil.ſi quidem G. filiam alterius,Raim.

*ſemel et iterum accipere*)recipere, concil. et tres Tarr.ſe(ſemel et iterum)iurauit ducere, Cont. ſe iurauit ducere,Raim.

*Cumq.ipſo uolente ad alia uota migrare*) ſic etiam in concil.Quo volente etc.Raim. ad aliam migrare,duo Tarr.

*ſub diſtrictione anathematis*) hęc conſulto videntur a Raim.omiſſa.ſunt tamen in concil. vide cap.7.de iure iurando,in 2.collect.

*ipſe ad audentiam &c.*)hęc addidit Cōt.a Raim. omiſſa,ſunt in concil.totidem verbis.

*nuntium ſuum*)ſic in concil.et in Cōtiano. vox ſuum in duob.Tarr.non eſt.

*prædicto G. periculoſum eſt*) ſic etiam Cont.et alij editi Gregor. dicto pro prædicto, vetus liber. periculum G.prædicto extitit,concil.prædicto G.periculum exiſtit,Barcin.periculoſum exiſtit,vetus Tarr.

*f.t.per A.ſ pr.m.*)f.u.tres Tarr.fraternitati ueſtrę per A.ſ.pręſentib.mandamus,concil.non recte,pręcipiendo ſcribo pro præſentib.ut alibi.ueſtrę autem defendi poteſt habita illor.temporum ratione.mand.vetus Gregor.fra.t.mandamus,alter vetus,et Cont.et alij.

*cum exinde &c.*) Multa Raim.et Cōt.omittūt, quæ ſunt in concil.

*et cognitis*)et agitatis,concil.

*præſtito iuramento firmaſſet*)ſic etiam in cōcil.iurauerit,vetus Tarr.pro his trib.uerbis.

*eum moneas,et auctoritate noſtra diſtricte cōpellas*) ſic etiā cōcil.diſtrictius pro diſtricte, duo Tarr. eum moneas,et ſi non acquieuerit monitis,eccle.cens.compellas,Raim.

*extiterit*)ſic etiam in concil.obſtiterit,Barcin.et Raim.non male.

*maritali*)matrimoniali,vetus Gregor.ſolus.

*Si vero rationabilem &c.*) hæc etiam omittunt Raim.et Cont.ſint licet in concil.

*omni ap.ces.*)vox omni non eſt in concil.

*eum,et patrem*)ſuum,additur in cōcil.et eum,et patrem, unus Tarr.

*baptiſmata paruulorum*)puerorum,vetus Tarr. baptiſma paruulorum,concil.

*et pænitentias*)non ab hæretico ſacerdote, ut apud Laur.dixit P.de Cor.ſic in ſcholijs veterib. inueni ſcriptum. et nonnumquam P.quibuſd. ſcholijs adſcriptum eſt.Petrum Corbolienſem appellari inuenio a Tancredo cap. 4. de eo, qui cognouit conſan.in hac collect. fuit autem Hiſpanus,ut Melendus,et Vincentius.

*Cap.10. Innocentius* iij. *Vintonien. Ep̄o*) M. pro iij.aptius eſt in margine.in concil. prioris edit. neutrum in poſter.edit. duę enim uero hę collectiones nihil habere debent ex reſcriptis Inno.iij. forte Inno. ij. ſcribendum. Vuin.Ep̄o, eſt etiam in concil. Winton. in uno Tarrac. Witon. in altero, Witocon. in tertio, Vintonien. in quarto Tarr.

*patri commendatam*)vox patri in veteri Tarr.nō eſt,eſt in concil.

*in domum ſuam*)ille,additur in concil. in domo ſua,Barcin.quod nondum probaui.

*coniunx ſit*)fuerit,concil.fuit,Barcin.coniux ſit, quattuor Tarr.

*quo ſpontanea conceſſione*) quod, pro quo duo Tarr. quod ſpontanea voluntate, concil. conceſſione, in marg.

*eſſe aſſerit*) eſſe conſenſerit,vetus Tarr.et Barc. et concil.aſſerit,alter Tarracon. altera voce omiſſa.

*poſtmodum factum eſt*) ſic etiam in concil.poſtea fuerit factum,vetus Tarr. factum poſtmodum eſt, alter Tarr. factum eſt,tertius,alijs omiſſis.

*Conſtante enim*)ſic in concil.Conſtat enim, tres Tarr.

*facile erit*)et,poſt hæc verba addebatur olim in uno Tarr.quod non eſt in concil.

Omiſſū hoc eſſe caput a Raim. videtur,quod nullam haberet difficultatem,ſi conſenſus verbis præſentis temporis expreſſus eſſet.

*Cap.11.Idem Exo. Ep̄o*)Exon.tres Tarr. Exoneſi,quartus.Exonien.c.33.d.partis 6.poſt concil. Later. Innocen. ſecundus. Exon. Ep̄o,vetus Greg. aptius,tertius Cont. et alij. Alexander tertius, in concil.parte 50.c.43.non male.

*Præterea ij,qui matrimonio &c.*)Ante hęc verba addi debet, Pars cap. Super eo, quod a nobis. ut eſt in concil.d.c.43.quibus verbis carent ceteri libri. ſuſpicor integram clauſulam exſtare, parte 14.c.7. in concil. et in hac collect. cap.2.

de ſenten.et excom.utrubiq.vero dicitur id etiam caput partem eſſe cap.Sicut dignum.inuenies id initium cap.7.de homicidio,in hac collectione,quod ita inſcribitur.Alex.iij.Bartholomæo Exon.Epo.Nunc de uerbis ipſis uidēdū eſt.ut editum eſt,concil.d.c.33.qui de matrimonio,Barcin.et duo Tarr. et Raim. et Cont. qui non recte hoc ſecundæ collectioni caput adſcripſit.Præterea hi,qui iurant de matrimonio contrahendo, uſq.Si autem,promiſerunt,coniungant.concil.d.c.43. quæ uerba intellegi nequeunt,niſi cū hac collectione conferantur. et apte in marg.ut locus obſcurus,notatur in priori concil.editione.qui matrimonium contrahēdo,et pure,vetus Tarr.habet.

*condicione*)contradictione,duo Tarr.et Barcin. condicione,Raim.quod retineo.

*fidē dederint,et*)fidē dederūt, aut, concil.aptius. vox dederūt eſt itē in Barcin. et in trib. Tarr.et in Greg.vox et nutat in duob.Tarr.hoc eſt olim deſiderabatur,hodie eſt:habent eam Greg.

*et iuramentum fecerunt*) hęc omittunt Raim. et Cont. leguntur in concil.ſunt autem maxime apta.iuramenta,eſt in Barcin.tantum.

*et diligentius exhortandi*)diligentius,et exhortandi,concil.hæc etiam omittunt Raim. et Cont.

*uel iuramentum factum*) hęc itē omittunt Raim. et Cont.ſunt in cōcilijs.ex quib.apparet recte in concil.aut pro et,ſupra eſſe ſcriptum.

*et ſe,ſicut promiſerint,cōiūgāt)* promiſerūt,cōcil.d.c.33.et d.c.43.hęc etiā omittunt Raim.et Cōt.

*Si autem ſe adinuicem admittere noluerint*) ſic etiam Raim.Si autem ſibi inuicem id remittere uoluerint,concil.

*talem ſcilicet ducat*) ſic etiam Raim. talem ſibi ducat,concil.

*quam odio habeat*) ſic etiam vetus Greg. habet, Cont.et alij.quam ſemper odio habeat,concil. plenius,et aptius.

*iuramento,vel*)hæc etiam omittunt Raimun.et Cont.ſint licet in concil. ſocietatis exemplum diſſimile eſt, cum ea facile diſſoluatur ex utriuſque contrario conſenſu,quod in matrimonio dicere nefas eſt.ſi de ſponſalib.agitur,et de futuri matrimonij ſpe,exemplum ſocietatis in eundæ placet.

*eandem*) eaſdem,Barcin.tantum.

Cap.12.*Lucius* iij.*Rapulen.* Epo) Rapulenſi, duo Tarr. Capulen. vetus Gregor. Rapalen. Cont. et alij.Capriano,concil.parte 45. c. 6. titulo de ſponſalib.ſecūdo.forte Capuano,in margin. in priore edit.Rapalenſi, in poſteriori. Lucius iij. in altero veteri Gregor.alijs omiſſis. Mihi Crapulēſi placet.Ordo horum capitum valde perturbatus eſt in hac collectione,Raim. quædam rectius mutauit.

*Quæſiſti etiam &c.*) hanc quęſtionem omiſſam a Raim.recte addidit Cōt.ſolutionē quęſtionis addere oblitus eſt. Vtrumq.in concilijs exſtat.

*utrum ea,cuius uir*)ſic etiam Cont.ſi cuius vir, cōcil.alijs omiſſis.

*Cum mater fieri deſideret*) ſic etiam Cont. cum filios deſideret,concil.

*Ad quæ tibi breuiter &c.*) Ad quod breuiter reſpondemus,quod mulier etc.concil. Ad quod breuiter reſpond.quod cum libera etc. Raim. et Cont.in uno tamē veteri eſt, Reſpōdemus, quod cum libera etc. alijs omiſſis.

*de iure*)hæc omittunt concil.et Gregor.9.et unus Tarr.

*maxime cum coactiones*) huiuſmodi, additur in concil.vox maxime non eſt in Gregor. cetera, ut edita ſunt.

*Illa ſane &c.*)hęc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.

*nec uiro*)ſic in concil.nec ipſi uiro,uetus Tarr.

*matrimonium*) matrimonia, duo Tarr. quod nō æque probo.

*Cap.13.Alex.iij. Archiepiſc. Epiſc.&c.*) ſcribe Archiepis, Epis, ut eſt in quattuor Tarr. Archiepis,et alijs prçlatis Anglię,vetus Greg.per Angliam conſtitutis,editi libri.Contius non recte bis,et alijs prçlatis, ſcripſit; cum alia recte adderet a Raim.prætermiſſa.

*Ciſmaritanam*) ciſmarinam,tres Tarr.et Cōt.aptius. Hoc verbo ſignificantur hæ prouinciæ, quas in Gallia rex Anglię obtinebat. De tota autem huius capitis hiſtoria,vidē.Gulliel. Neubrigen.in hiſtoria Anglica.

*peccatis exigētibus eſt oborta*)orta,Barcin.eſt orta, vet. Greg.alijs omiſſis.eſt ſuborta, Cōt.et alij.

*pro quibus &c.*) hæc uſq.ad illa,nos itaque,omittunt Raim.et Cont.

*et precibus eorum &c.*)multa Raim.et Cont.omiſerunt.

*ut ad cōmonitionem*) ut cōmonitione,unus Tarr.

*Cōuētrēſis*) Ludū.unus Tarr.Duluomē. Barcin.

*non potuerint*) non potuerunt,unus Tarr.

*litterarum noſtrarum*) ueſtrarū,unus Tarr.quod non æque placet.

*infra quā detinētur*)in qua detinētur,unus Tarr.

*et ad quam trāſferuntur*)tranſferētur,unus Tarr.

*non reſtituantur*) uox non in duob. Tarr. omittitur,quod ferri poteſt.

*preter baptiſma*)baptiſmata,tres Tarr.ſic etiam poſtea.

*ipſas recipere*) hæc olim deſiderabantur in vet. Tarr.

*et ſi iuxta mandatum, et commonitionem*) noſtrā, addit vetus Tarr.ueſtram,alij duo Tarrac. et ſi iuxta



iuxta commonitionem veſtram,Raim.

*infra terminum conſtitutum*)infra terminum a vobis indultum,vetus Gregor.infra terminum,alter vetus Greg. alijs omiſſis.intra certum terminum,Cont.et alij.

*non reſtituerit*)ſic etiam duo veteres Gregor.nō reſtitueret, Cont.et alij.

*in quacumq.parte*)uox parte non eſt in duob. Tarr. neq.apud Greg.9.

*uel tranſferuntur*)ſic uetus Greg. et Cont. et alij. vel transferētur, unus Tarr.et alter vetus Greg.

*preter baptiſmata*)baptiſma, duo veteres Greg. baptiſmum,Cont.et alij.

*celebretis uel permittatis clebrari*)aliquatenus celebrari,duo veteres Gregor.nec pro vel, Cont. et alij.uide ſupra cap.9.in fine. Ad hæc uerba in Tancredi ſcholijs inueni mentionem fieri extrau.Alani de pęniten. quod quidam . eam inuenies in 2.collect.feciſſe quidem Alanū conſtat quandam ſecundam collectionem ex Io. And.verbis alibi a me relatis.cur autem non dixerit libro .2.ut ſolet hanc Ioannis Gallenſis collectionem appellare, mihi incertum eſt. Crediderim latius fuiſſe ab Alano,quā a Ioanne relatam eam cōſtitutionem.

*omni ap.ceſ. &c.*)hæc etiam omiſerunt Raim. et Cont.

*quod ſi cōtra*)quod ſiqui cōtra,tres Tarr.nō male.

*temptaueris*)temptauerint, tres Tarrac. aptius.

Cap.14.*Idem Ianuenſi* Epo)ſic etiam in concil. parte 50.c.41.et 42.Ianuen.Archiepo,duo veteres Gregor. Genuenſi Archiepo, Cont. et alij quidam.veteres Genuam dixiſſe conſtat,ſed Alex.iij.tempore Ianuam dicebant.

Parsc.*Tua fraternitas*)hęc Raim.et Cont. omittunt.Tua nos fraternitas etc.initium eſt in cōcil.d.c.41.ubi integra clauſula uidēda eſt, et in hac collect.tit.de ſponſa duorum.c.7. cuius initium eſt, Tua fraternitas nos.

*Illud quoq. nihilominus &c.*) Ante hęc verba in integra epiſt.fuerant verba cap. 12. de deſponſat.impuber.ut apparet ex concil. in quib.hoc initium totidem verbis refertur.in Gregor.multa omittuntur etiam in Contiano libro.

*cum quedam mulier libera*)ſic etiam vetus Gregor.libera mulier,concil.et tres Tarr.et alter vetus Gregor.cum libera mulier, Cont.et alij omiſſa voce quędam.

*pro eo quod teſtes &c.*)hæc etiā omittunt Raim. et Cont.non contemnenda.

*Verum uir uindicat eam*) eam vindicat,concil.et tres Tarr.Vnde uir eā vindicās,vet.Greg. Verū pro Vnde,Cōt.et alij editi, et unus uetus.

*et oſtendit*)ſic etiā in cōcil.oſtēdēs,uetus Greg. oſtendit,alter, et Cont.et alij, voce et omiſſa.

*quo ſeſe*)in quo ſeſe, vnus Tarr.et Raim.ut editū eſt,in concil.

*coniuges nominaui*)ſic etiam Raim.nouerant, cōcil. non recte. coniugem nominauerit, Barcin.

*et per quod*) ſic etiam Gregor. et propter quod, Barcin.et concil.

*comparet*)ſic etiam veteres Gregor. apparet, cōcil.et Cont.et alij aptius.

*illud vitioſum fuiſſe fatetur*)ſic etiam in concil.aſſerens vitioſum,duo veteres Gregor.illud aſſerēs vitioſum,Cont.et alij.

*ut ſeruo &c.*) hęc in cōcil.nō ſūt,habuit Raim.

*quoniam ſeruus ille ab amicis mulieris*)quod ſeruus ille ab inimicis mulieris,concil. non ſine mendo.quod ille ab amicis eius,Raim.

*ille ſe eam*)ſibi pro ſe,Barcin.tantum.

*qui viderant eam*)ſic etiam in concil.et in duob. veter.Gregor.vox eam non eſt in editis.

*mulierem ipſam probauit eſſe uxorem*) propriā,eſt in concil.pro ipſam.ipſam probauit uxorem, Raim. alijs omiſſis.

*ſicut ſuam uxorem, et non concubinam habuerit*)habuit,unus Tarr.aut concubinam, pro et non concubinam,concil.et duo Tarr. in quib.vox ſuā deſideratur.vox nō in tertio Tarr. nō eſt.

*cum matrimonium ſit &c.*)ſic in concil.et in Gregor.et apud Iuon.initio libri ſexti Panormiæ, et initio lib.8.decreti, et apud Grat.27.q.2.in prin.et 29.q.1.in prin. Omnes ſumpſerunt ex lib.1.Inſtitut. Iuſtiniani titulo de patria poteſtate.Nuptiæ,inquit,ſiue matrimonium eſt uiri,et mulieris coniunctio,indiuiduam uitæ conſuetudinem continens. καὶ τί ἐστι γάμος; ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια, ἀχώριστον τοῦ βίου τὴν συνήθειαν ἐπαγγελλομένη ἤγουν παρέχουσα. Theophilus.uiri,mulieriſq.eſt in Panor.et conſuetudinem vitæ,item in decreto Iuonis, et apud Grat.cau.27. Sunt enim nuptiæ etc. uiri, mulieriſq.etc. conſuetudinem retinens. et cau. 29.Coniugium,ſiue matrimonium eſt uiri , et mulieris coniūctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.indiuiduę pro indiuiduam,habent Barcin. et unus ex veterib. Gregor. pro cōtinens,ſiue retinens, Theophilus legit promittēs,aut prębens. Modeſtini definitio cap.1.de ritu nuptiar. eſt. Nuptię ſunt coniūctio maris, et feminæ,et conſortium omnis vitæ;diuini,et humani iuris communicatio.Non recte autem Raim.definitionē matrimonij a titulo de ſpōſalib.et matrimonio abſtulit, et in titulum de præſumptionib.reiecit.

*cōditum*)cognitū,in cōcil.quod nōdū probaui.

Cap.15.*Idem Barn.* Archiepo)Baren.vetus Tarr. B.duo alij Tarr.Haran.Barcin.

*cum ipſe*) cum ille,unus Tarr.

*quod mater*)eius,addunt tres Tarr.

*præfata B.*) ſcribe præfatam B. ut eſt in Barcin. et in duob. Tarr.

*redire deſiderat*) uenire deſiderat, duo Tarr.

*committimus*) remittimus, unus Tarr. commiſimus terminandam, Barcin, olim tamen in trib. Tarr. ea vox non erat.

*mandantes*) mandamus, duo Tarr.

*ueritate inquiſita*) diligenter, addit Barcin. ante hæc verba.

*aut ſi*) vel ſi, duo Tarr.

*fonte ſuſceperit*) fonte leuauerit, Barcin. quod etiam fuit aliquando in uno Tarr.

*eam uxorem*) eam in uxorem, tres Tarr.

*Cap. 16. ſanctæ Agathæ*) ſic etiam Raim. et Cont. Agathes, cõcil. d. parte 50. c. 30. ubi additur ſumptum eſſe hoc reſcriptum ex lib. 12. regiſtri Alex. 3.

*pars c. de muliere*) ſic etiã in Cõtiano libro. Integra clauſula exſtat in cõcil. et cap. 3. de pænitẽ. collect. 2. poſt cuius capitis verba addũtur verba cap. ult. de conuer. coniug. in hac collectione.

*a uiro inpetitur*) ſic Raim. appetitur, concil. et Barcin. et tres Tarr. quorum unus olim ET addidit.

*prouidentiæ tuæ duximus reſpondendum*) ſic etiam in cõcil. Tibi reſp. vetus Gregor. T. reſp. alter. Taliter reſp. Cont. et alij.

*ne deterius inde contingat*) ſic cap. 11. ne forte deterius inde contingat. ſumuntur hæc verba ex Ioan. cap. 5.

*Cap. 17. Idem procuratori &c.*) ſic etiam in cõcil. d. parte 50. c. 31. et in Gregor. mihi vox procuratori ſuſpecta eſt, maluiſſem Præpoſito, Primicerio, Prçcentori, aut alio ſimili nomine dignitatis id mutare. Additur in cõcil. eſſe hoc caput ex eod. libro regiſtri, ex quo eſt proximũ.

*Veniens ad Apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota*) ſic etiam in concil. breuius Raim. et Cont. Veniens ad Ap. ſedem Mariota. Eſt autẽ Mariota deminutum, ut uocant nomen, a Maria ductũ, ut Plautilla, et Lucilia Romanis a Lucia, et Plautia. ſic Carlota, et Ioannota, et alia id genus.

*quendam adoleſcentem*) ſic etiam Raim. E. nomine, additur in concil.

*præſtitit iuramentum*) ſic etiam in concil. et in veterib. Gregor. præſtiterit, Cont. et alij.

*alij in uxorem tradiderant*) tradiderũt, tres Tarr. et cõcil. in quib. ante hæc verba additur cuidã, et in vet. Tarr. et in Barcin. in quo tamen tradiderant eſt. in uxorem alij tradiderunt, Raimund.

*exhorruit*) exterruit, olim vetus Gregor. tantum.

*ſe ab eo*) illo pro eo, alter vetus Greg.

*permiſit*) permiſerit, vetus Greg. ſolus.

*profiteretur*) ſic etiã cõcil. fateretur, Raim. quod non æque placet.

*atq. iurata*) uirata in marg. concil. priore edit.

*qui tunc erat &c.*) multa Raim. et Cõt. omittũt, quæ ſunt in concil. præerat, eſt in duob. Tarr. pro erat.

*et iſta cuidam Ptolemæo*) uiro, additur in concil. poſt uocem cuidam. alij, in Barcin. et in trib. Tarr. in quib eſt Tholomeo. quod ut ſuſpicor, ſic dictum eſt pro Bartholomęo; quemadmodum in Italia uulgo loquũtur. ſic Bertus, et Berta pro Alberto, et Alberta ſunt; ſic Tofanus, et Cecus Chriſtophorũ, et Franciſcum ſignificant. In Gregor. eſt, et illa cuidam T.

*Sane cum*) ſic etiam cõcil. prioris edit. et duo veteres Gregor. Tandem cum, concil. poſt. edit. et Cont. et alij.

*pater iſtius Ptolemæi*) Tholomei, tres Tarr. illius pro iſtius, unus Tarr. et concil. pater ipſius T. Raim. et Cont. T. tamen in uno veteri Gregor. deſideratur.

*non potuerit, nec debuerit*) de iure, additur in Barcin. et in trib. Tarr. nec potuit, nec debuit de iure, concil. non potuerit de iure, vetus Gregor. alijs omiſſis. non potuit, Cont. et alij, item alter uetus, alijs omnib. omiſſis.

*in uirum habere*) habere, vetus Gregor. alijs omiſſis.

*eo quod ab alio qui nõdũ defunctus eſt*) eo quod ab alio viro, qui nõdũ defunctus eſt, cõcil. eo quod ab illo, qui defunctus eſt, vetus Greg. alio pro illo, alter vetus, et Cont. et alij.

*Quia vero aſſertioni*) ſic etiam concil. Quod pro Quia, vetus Tarr. olim. Quod cum aſſertioni, Cont. qui recte quędam addidit a Raimun. omiſſa.

*non debuimus, non adhibuimus*) ſic etiam Cõt. et concil. et olim vetus Tarr. nec debuimus, poſtea mutatum eſt. nec adhibuimus, Barcin.

*d. u. per A. ſ. pr m.*) f. u. pro d. u. tres Tarr. quod non æque placet. vob. per A. ſ. mandãtes, Cõt. per A. ſ. præcipiendo mandantes, concil. alijs omiſſis. quę etiam omittuntur in Barcin. Mandamus, Raim. alijs prætermiſſis. in uno tamen veteri eſt, Ideo mandamus.

*huius rei veritate plenius comperta*) rei veritate plenius inquiſita, et cognita, concil. omittunt hæc Raim. et Cont.

*a prædicto viro*) a priori viro, concil. et Raim. et tres Tarr. ſed in uno ex eis olim prędicto fuerat, et in uno veteri Gregor. eſt.

*cui a parentib. inuita, et renitens copulata eſt*) cui inuita etc. cõcil. omiſſis illis, a parẽtib. cui a parentibus copulata fuerit, vetus Gregor. fuit, alter vetus. fuit copulata, Cont. et alij.



*deceſſerit*) ſic uetus Gregor. deceſſit, concil. et alter vetus, et Cõt. et alij, et Barcin. et uetus Tarr.

*prædictum Ptolemæum &c.*) moneatis, et compellatis, concil. cetera, vt edita ſunt. Tholomeũ, tres Tarr. prædictum T. præmiſſa monitione cõpellas, vetus Gregor. præ. mo. cõp. alter vetus. monitione præmiſſa compellatis, Cont. et alij.

*ut præfatam M.*) ſic etiam veteres Gregor. Mariotam, Cont. et alij. ut prædictam Mariotam, concil.

*poſtpoſita occaſione*) ſic etiam concil. et contradictione, addit Barcin. omittunt cuncta Raim. et Cont.

*maritali affectu tractare*) ſic in concil. et in altero Greg. veteri. affectione maritali tractare, habet alter vetus. maritali affectione tractare, Cont. et alij. maritali affectu eam tractare, Barcin.

*eum, & ſuperinductam, & patrem etiam ipſius*) ſic etiam in concil. vox etiã non eſt in duob. Tarr. in quorum altero vox ET prior olim deſiderabatur. poſt patrem additur, et matrem, in Barcin. et vox ipſius omittitur. vox etiam in veteri Gregor. non eſt, cetera vt edita ſunt. eum, ſuperinductam, et patrem ipſius, alter vetus. eius pro ipſius, Cont. et alij, cetera, ut edidimus.

*ſi huic rei reſtiterit*) ſic concil. et Raim. nõ reſtiterint, olim vetus Tarr. mox reſtiterint, quod non reicio.

*excommunicatione innodetis &c.*) excõmunicationi ſubdatis, Raim. alijs omiſſis. vinculo excommunicationis innodetis etc. concil.

*Cap. 18. Eugenius iij. preſbytero Aeſculapio*) Sed. presbytero, cocil. parte 12. c. 8. Epõ pro presbytero, Barcin. Eugenius Papa, Raim. et Cont. Ordinis et temporum ratio habetur in Greg. collectione, ſi Eugenio tertio caput hoc adſcribamus. namq. fuit is Innocentio ſecũdo poſterior, et antiquior Alexandro tertio, poſt quem Lucius iij. fuit, et poſt eum Vrbanus iij. et mox Clemens iij. hæc perturbata ſunt in hac collect. et in editis Gregorianis. Non recte etiam in Contiano libro ſecũdæ collect. eſſe hoc caput ſignificatur.

*Iuuenis ille*) vox ille non eſt in Gregor. eſt in concil.

*ætas repugnet*) repugnaret, Barcin. et tres Tarr. et concil. et Raim. repugnarit, vetus Tarr. olim.

*& humana*) ſcribe ex pro et, vt eſt in concil. et Gregor. et in Barcin. et duobus Tarr.

*forſitan*) forſan, Raim. neutrum in concil. neq. in uno Tarr.

*conplere*) adimplere, vetus Gregor. ſolus.

*eſtimamus*) ſic in concil. et in vet. Greg. exiſtimamus, Cont. et alij non male.

*coniunx ipſius fuiſſe dicitur*) ſic etiam Raim. ipſius coniunx eſſe dicitur, cõcil. non male. cõiux pro coniunx, quattuor Tarrac.

*dubitationem*) ſic etiam in concil. et in Gregor. dubietatem, Barcin. et vetus Tarr.

*mandamus tibi, vt*) ſic in concil. mandamus, ut, vetus Gregor. olim tamẽ, mand. quat. quod habẽt editi libri, et Contianus.

*ab eo diuidas*) ſic in concil. dimittas, duo Tarr. diuidas ab eodem, Raim.

*Cap. 19. Alex. iij. Papienſi Epõ*) electo pro Epõ, vetus Gregor. ſolus.

*eſt, ubi*) eſt, ut ubi, tres Tarr. et Raim. aptius.

*requiritur*) ſic etiam Raim. requiratur, olim uetus Tarr.

*matrimonium autem aſſenſu ſolo contrahitur*) matrimonium vero ſolo conſenſu contrahitur, vetus Gregor. autem, alter vetus, et Cont. et alij.

*gaudere*) ille, addit vetus Gregor. ſed in altero veteri ea vox non eſt. ille gaudere, Barcin. Cont. et alij.

*f. t. per A. ſ.*) hæc omittunt Raim. et Cõt. ex quibus apparet ad Epm non ad electum hæc ſcripta fuiſſe.

*inter Siderios, & Canes cives tuos*) hæc omittunt Raim. et Cont. inter clericos, et laicos, ciueſq. tuos, Barcin. non ſine næuis. Sicſios, eſt in uno Tarr. Cileos, in altero: cſos, in tertio pro Siderios. forte Deſiderios ſcribendum.

*ſub tuo fuit examine ventilata*) fuerit pro fuit, Barcin. et unus Tarr. fuit ſub tuo, alter Tarr. uentilatur, Raim. et Cont.

*eam poſuiſti, ita quod nihil*) nihil, Raim. et Cont. alijs omiſſis, nec pro nihil, unus ex vet. Greg.

*facias eam honeſte tenere*) teneri, vetus Tarr. facias honeſte teneri, Barcin. et Raim.

*donec præſcripta cauſa &c.*) donec dicta cauſa terminata, ſententia ſine contradictione cuiuſquã valeat executioni mandari, vetus Gregor. donec prædicta etc. exſecutioni mãdari, alter vetus. donec prędicta cauſa terminata fuerit, et ſententia etc. Cont. et alij.

*Cap. 20. Vrbanus iij.*) ſic etiam Raim. et Cont. Idem Vrbanus M. Cenom. Epõ, concil. parte. 6. c. 21. prioris edit. vox Epõ in poſt. edit. omiſſa eſt. ſuſpicor M. pro iij. ſcriptum. ſed fortaſſe illi Epõ Martino, vel Marco nomen fuit. Ex hac eadem epiſt. eſt cap. 8. de reſcriptis in hac collect. cuius hęc inſcriptio eſt. Vrbanus iij. Cenoman. Epõ. Pars cap. cum in Apoſtolica. Viden. etiam cap. 13. de deſponſat. impuber. et cap. 4. de condicio. appoſitis, in hac collect.

*Cum in Apoſtolica ſede &c.*) Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. vox tamen ſede in Contiano libro deſideratur.

*circa negotia eccleſiaſtica*)ſic etiam Cont.eccleſię, Barcin.et vetus Tarr.circa negotium eccleſiæ, concil.et duo Tarr.
*emergit,ad ipſius*)ipſis,mendoſe Cont.emerſerit, ad ipſius,concil.
*de Ernaia*)Erneia,uetus Tarr.Eurucia,ſiue Eurutia,alij duo Tarr.Eruera, Barcin.Herneia,concil.de H. vetus Gregor.de N.alter vetus.de Arueia,Cont.et alij.ſed quid noſtra?
*productis teſtibus &c.*)multa Raim.et Cont.omiſerunt,quæ in cõcil.ſunt. et productis teſtibus, eſt in eiſd.concil.
*& atteſtationibus eorum diligenti examine diſcuſſis*) et eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis,concil.non recte. examinatione pro examine,Barcin.et tres Tarr.vox eorum in ueteri Tarr.deleta eſt.
*idem villicus*)ſic etiam in concil. idem W.duo Tarr.ſic fortaſſe alibi quoque ſcribendum Willicus.ſiue Willelmus.in Gregorianis tamen villicus eſt,altera voce omiſſa.
*promulgatam*)ſic etiã Raim.eſſe promulgatam, concil.apertius.
V*nde quia*)ſic etiam in concil.Verum quia,Raimund.Quoniam,Barcin.
*quam ſuperinduxit*)ſic Raim.quam ſuperinduxerat,concil.refert hoc loco Tancr.varias multorum opiniones,in quib.Ioan.Gallen. magis probat ſententiam;ut ſi prius matrimonium de iure, et de facto tenuit, poſterius nullum ſit, quamuis prius diſſoluatur etc.
*lite prioris vxoris*)ſic etiam concil.et Raim.matrimonij pro vxoris,vetus Tarr.
*tua nos duxit &c.*)hæc etiam omittunt Raim.et Cont. ſint licet in concil.
*ad matrimonia*)ad matrimonium,concil.et duo Tarr.aptius.
*quod interpoſita ei*)ſcribe,quod impoſita ei,ut eſt in tribus Tarr.et in concil. quod impoſita uiro, Raim.
*infra pænitentiæ tempus*)infra ipſius pænit.tempus, concil.et tres Tarr.vox ipſius non eſt in Gregor.
*in maritali*)et in maritali,unus olim Tarr.
*poterit remanere*)poterunt remanere, concil.et Raimund.et uetus Tarr.
Poſt huius capitis verba eſt in concil.Super eo uero,etc.ut d.c.4.de condicio.appos.

# TIT.II.DE DESPONſatione impuberum.

C*AP.1.Benedictus Papa Gradenſi Patriarchæ*) Grandenſi,unus Tarr.Grangrenſi,duo alij Tarr.Gaudenſi,in concil.d.parte 6.c.27.omnes mendoſe.nihil igitur muto.Benedictus ſeruus ſeruorum Dei N.ſalutem etc. Palea 27.q.2.cap. 17.et in ueteri Gratiani libro adſcriptum vidi. Palea,quæ incipit,Lex diuinæ.conſueuit etiam apponi extra de deſponſat.impub.c.1.ſed hodie remota eſt cum gloſſa.
*Lex diuinæ diſpoſitionis*)conſtitutionis,concil.Palea,Barcin.et uetus Tarr.
*Apoſtolicam cathedram*)ſic etiam Pal.ſedem Apoſtolicam , concil. cathedram Apoſtolicam, duo Tarr.
*magiſterium*)magiſtram,Palea,et concil.et Barcin.et duo Tarr.magiſterium eſt cap.20.de ſpõſalib.in hac collect.
*ubique locorum*) undique,Barcin.ſolus.
*ab ea ratio*)ab ea tandem ratio, concilia tantum.
*cathedræ ſeſſorem*)ſic etiam in concil. poſſeſſorem,Palea,ſiue ut in alijs libris eſt, aſſeſſorem. ego ſeſſores ſcriberem. ut ad vocem nos referatur.
*quidam veſtras*)ſic etiam Palea.uir pro veſtras, concil.et Barcin.et duo Tarr.noſtras,unus ex editis Grat.libris.
*Stephano nomine*)ſic etiam Palea.nomine Stephano, concil. nomine F. duo Tarraconenſes.
*fuerat deſponſata*) ſic etiam Palea, fuit pro fuerat, concilia. fuerit, unus ex Gratiani libris.
*perueniret*) ſic etiam Palea.peruenerit, concil. et Barcin.et tres Tarraconen.et unus Gatian.liber.
*celebrare*)celebrari,Palea,et concil.et Barcin.et unus Tarr.
*reddemus his uerbis certiſſimam*)reddimus, Palea, et concil.parum mihi grata ſunt hæc verba, ut alia non pauca huius reſcripti, cuius ſcriptor alia locutus lingua videtur , quam ceteri.
*Protoplaſtus*) mendoſe veteres libri habent Prothoplauſtus.inuenies hanc vocem in Græcis libris Sapientiæ cap. 10. αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε.
*videns detractam ſibi coſtam in mulierem formatam*)apud Grat.vox videns ſcripta eſt ante vocem formatam. detracta ſibi coſta videns mulierem formatam,concil.





*propter hoc relinquet homo patrem,et matrem*)ſic etiam Palea.dimittet pro relinquet,concil. quãobrem relinquet homo patrem ſuum , et matrem.Gen.c.2.ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα. Lxx. propter hoc relinquet homo patrem ſuum , et matrem.Complut. propterea relinquet homo lectulum patris ſui,et matris ſuæ.Chald. verba Græca Lxx.referuntur Matthæi cap.19.excepta voce αὐτοῦ .in quibuſd. libris.ſed Marci capite 10.ea vox eſt.ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα.Paulus in epiſt.ad Epheſios cap.5.vox dimittet eſt in Matthæo Complut.et propter hoc non eſt vox ſuum.at Marci 10.c.propter hoc relinquet homo patrem ſuum,et matrem.et Paul.apud quẽ eſt patrem, et matrem ſuam.
*& adhaerebit vxori ſuæ*)καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.Lxx.τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Matth.ſed Marcus,ut Lxx.et Paulus.
*& erunt duo in carne una*)καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.Lxx. et erunt in carnem unam. Chald. Matth.ut Lxx.et Marcus,et Paul. d. c. 5.at in epiſt.1.ad Corinthios cap. 6. ἔσονται γάρ φησιν οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.erunt enim,inquit, duo in carnem unam.
*niſi carnali copula*)ſic Palea,et concil.ſic etiam in quibuſd.libris cap.2.de ſponſalibus in hac collect.alij maritali pro carnali,ſcripſerunt.
*Quia ergo nequaquam mixtus eſt extraneæ*)Qui pro Quia,Palea,et concil. cetera,ut edita ſunt. Quod,in marg.concil.pro(extraneæ)alteri,non nulli ſcribunt,vt notat R.qui interpretatur alteri ſorori.
*poſſunt una*)ſic Palea,et concil.poteſt una, Tarr. unus.
*quia nullam facit*)quod pro quia,Palea non male.quod facit nullam,concil.
*ſe ſe habet*)ſic etiam Palea.ſe habet,unus Tarr.et concil.habent pro habet,ſcribi poſſet;ſed nihil muto.
*ut uelit filiam illi nuptijs copulare*)ſic etiam concil. vt velit ſecundam filiam nuptijs copulare,Gratian.ſiue Palea.filiam ſuam pro filiam illi,vetus Tarr.ut uelit ſuam filiam nuptui copulare,duo alij Tarr.
*decreuerat deſponſare*) hæc verba arripiũt,qui putant Pont. nõ loqui de ſponſalibus contractis, ſed de contrahendis:vim tamen facere uidentur verbis.
*cenſura iam Apoſtolici magiſterij*)vox iam nõ eſt apud Grat.neq.in trib.Tarr.cenſura Apoſtolica,Barcin.et concil.
*ſi utrinſq. partis ſederit voluntati*)his verbis carent concilia,et Barcin.liber.ſunt apud Grat.ſiue Paleam,et in quattuor Tarr.
*nam cur prohibeatur,quod prohibendum*)ſic etiam Palea.prohibitum,Barcin. nam cur prohibeamus,quod prohibitum,concil.
*numquam ſancta ſcriptura declarat*)ſic etiam Palea.ſancta ſcriptura numquam declarat,uetus Tarr.ordine mutato veteris eiuſd.libri ſcripturę. ſacra pro ſancta,duo alij Tarr.numquam ſacra ſcriptura declarauit,concil.quaſi uero non eccleſia multis quoque pie interdixerit,quib.aperte ſacra ſcriptura nuſquam interdixerat.
*ſed nec*) ſed neq. Palea,concil. et tres Tarraconen.
*quæ inter ſe nuptias contrahunt*) non contrahunt, Grat.ſiue Palea,quod aptius videtur.quib.inter ſe nuptias contrahere non licet,concil.ut editũ eſt,unus Grat.liber.
*ne ergo*)ſic etiam Grat.et concil.non ergo,duo Tarr.ſed in altero ne olim fuerat.
*quod negandum nulla ratione mõſtratur*)docemus, Barcin.et uetus Tarr.decreuimus,Palea. quod nulla abnegandum ratione monſtratis, concil. Ad extremum addã recte a Raim.hoc fuiſſe caput omiſſum,quo prima frõte videtur reici publicæ honeſtatis impedimentum.
*Cap.2.Hormiſda Euſebio Epõ*)ſic uetus Gregor.et Grat.ſiue Palea 31.q.2.cap.2.Honor.iij.alter vetus Greg.mendoſe.Honorius,Cont.et alij,Hormiſda in marg.Cont.Hormiſda Papa Euſebio Epõ,Barcin.et Palea.
*Tua ſanctitas &c.*)ſic etiam Palea.Quia tua ſanctitas etc.Barc. Tua fraternitas requiſiuit,duo veteres Gregor.Tua nos requiſiuit fraternitas, Cont.et alij.
*matrimonium ducere uult*)contrahere pro ducere, Palea non male.matrimonium uult contrahere,Raim.
*fieri non poſſe*)ſic etiam Palea,et Raim.vox fieri non eſt in uno Tarr.non poſſe fieri,habet alter Tarr.
*Poſſet autem de filio nondum adulto*)Poteſt pro Poſſet,Palea.Poſſe,vetus Tarr.De filio autem nondum adulto poſſe,alter Tarr.Poteſt autem filium nondum adultum,Raim.
*noluntas cuius*)cuius noluntas,unus Tarr.ſolus, quod non placet.
*pater cui uult in matrimonio copulare*) pater eum, cui uult,in matrimonium tradere, Palea.pater, cui uult. matrimonio tradere , Raim.tradere pro copulare,duo Tarr.in quorum altero additur poteſt poſt uerbum vult.pater, cui vult,in matrimonium tradere poteſt,Barcin.

*peruenerit*)ſic etiam Palea,et Gregor.editi.peruenit,duo veteres.

*omnino ſeruare,& adimplere debet*)obſeruare pro ſeruare,Palea.omnino debet hoc adimplere, Raim.

*hec omnib.orthodoxe fidei &c.*)Hoc ab omnib.orthodoxæ fidei cultorib.ſancitum a nobis,tenendum mandamus,Grat.ſiue Palea.omnia Raim. et Cont.omiſerunt.

Cap.3.*Gregorius* Papa)Idem GG.7.concil.non recte.ſed ſcribo,Item Gregorius ſeptimus.

*Maniſtitum eſt eum*)ſic in concil.vox eum non eſt in Barcin.vox eſt deſideratur in uno Tarr.

*non peruenerit*)ſic etiam in concil.non peruenit, duo Tarr.

*Cap.4.Vbi non eſt conſenſus,&c.& infra*)ſic etiam Raim.et Cont.excepto etc.ſenſus pro conſenſus,unus Tarr.non recte.integra enim clauſula eſt hæc. Vbi non eſt conſenſus utriuſq.non eſt cõiugium.Sic Grat.30.q.2.c.1.in ueteri libro.ibi non eſt coniugium,editi libri.ſed apud Iuon. lib.6.tit.11.c.3.Panor.vt in veteri.

*Huius ergo decreti auctoritate*)hęc neq.Grat.habet, neq.Iuo,neq.Raim.et Cont.quæ ſequuntur,habent Gregoriani tantum libri.

*ne de cetero aliqui*)ut pro ne,duo Tarr.ne aliqui, Raim.

*& canonib.*)uel pro et,Raim.

*non peruenerit*)non peruenerint, duo Tarr.non peruenit, vetus Gregor. ut editum eſt,alter vetus,et Cont.et alij.

*aliquando*)aliqua,duo Tarr.et Raim.

*toleretur*)ſic etiam Raim.alias roboretur, vetus Tarr.

*Cap.5.Alex.iij.Herforden.Ep̃o*)ſic etiam editi Gregor.et unus vetus.Ep̃o Luc.alter vetus.Idem, alijs omiſſis concil.parte 12.c.2.titulo de eo,qui conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui,vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognouit.Hereford.duo Tarr.

*Litteras tuæ fraternitatis recepimus*)ſic vetus Greg. accepimus,alter vetus,et editi libri,et unus Tarr. ſuſcepimus,alter Tarr.Fraternitatis tuæ litteras ſuſcepimus,concil.

*parochianus tuus A.nomine*)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.

*in uxorem accepit*)ſic etiam Raim.duxit,cõcil.nõ male.

*Vnde quia &c.*)hæc recte Contius addidit omiſſa a Raim.quæ ſunt etiam in concil.

*fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum*)vox taliter non eſt in cõcil.neq.in uno Tarr.T.reſp. vetus Gregor.Con.t.t.reſp.alter vetus,et Cont. et alij.

*ſi præfatus uir*)ſic uetus Gregor.et Contius,et alij editi.ſi dictus vir,alter vetus.ſi memoratus uir, concil.

*antequam puella ipſa &c.*)illa,concil.antequã vij. annum puella compleſſet,vetus Greg.vox puella non eſt in editis,neq.in altero veteri.

*compleuiſſet*)impleſſet,concil.

*ſed eundem etc.*)hęc omittunt Raim.et Cõt.ſunt in concil.

*cum huiuſmodi deſponſationes nullæ ſunt*)cum deſpõſationes huiuſmodi nullæ ſint,duo Tarr.et Raimund. cum huiuſmodi diſpenſationes nullæ ſint,concil.mendoſe in poſter.editione;deſponſationes,eſt in priori.

*quæ in cunabulis fiunt*)ſic etiam Raim.factæ ſunt, pro fiunt,concil.

*ſi præfata puella poſtquam*)ſi poſtquam præfata puella,concil.et duo Tarr.ſi poſtquam puella, Raim.vox puella in tertio Tarr.non eſt.

*prædictus uir matrem*)eius,addunt concil.et tres Tarr.et Gregoriani.in uno tamen veteri eſt,ipſe vir matrem eius.

*in uxorem accepit*)accepit in uxorem,concil. et duo veteres Raim.libri.voce IN carent Cont. et alij.

*ſententiam diuortij*)diuortium,Barcin.ſolus.

*nec ipſum,ſeu filiam*)vox ſeu non eſt in trib.Tarr. neq.in concil.neq.in Gregor.hæc omnia verba, et quę poſtea ſequũtur, in uet. Gre.deſiderãtur.

*ſeu matrem vxorem habere permittas*)in vxorẽ,pro vxorem,Barcin.et tres Tarr.et concil.in quib. concil.etiam SIVE pro ſeu,eſt.ſeu matrem habere permittas,Raim.alijs omiſſis.

*Cap.6.Eborac.Archiep̃o*)ſcribe,Eboracen.ut in concil.parte 6.c.7.et in veterib.Greg.Ep̃o,Cõt. et alij non recte.

*Acceſſit ad præſentiã noſtrã nobilis vir &c.*)Multa hic omiſſa a Raim.addidit Cont.quę ſunt in cõcil.duæ illę voces,nobilis uir,in uno Tarr.non ſunt.

*W.filius G.*)Vuilhelmus pro W.concil. W ĩſs, duo Tarr.ſic poſtea,ne idem ſæpe ſcribamus in hoc eodem capite.VV.Cont.edidit.

*dum eſſet*)ſic etiam concil.cum eſſet,Cont.et vnus Tarr.

*non præbente*)ſic etiam in concil.caret non Contianus liber non ſine mendi ſuſpicione.

*matrem eius W.ſibi matrimonio copulauit*)Vuilhelmus,concil.vox matrimonio in uno Tarr.non eſt.matrem eiuſdem VV.in matrimonio copulauit,Cont. W ĩſmus,duo Tarr.

*noluerit acquieſcere*)noluit acquieſcere, concil.et Cont.et duo Tarr.

*eundem mandato noſtro abſolutum denuntiaſti*)ſic etiam in concil.denuntiauit,Cont.non recte.eũde pro eundem,Barcin.et duo Tarr.de mandato noſtro



Tarr.de mandato noſtro eum abſolutũ denuntiaſti,tertius Tarr.mihi obſcurus locus videtur: neque enim præceſſerat mandatum Apoſtolicum,ſed abſoluebatur ea condicione,ut mãdato pareret.ſic fortaſſe deſideratur hæc uox parendo,ut ſit apertior ſcriptura.eundem parendo mandato noſtro,abſolutum denũtiaſti.nũc etiam tollamus eam uocem parendo;et fingamus id ſignificare, mãdato noſtro abſolutum, ac ſi diceretur, ad mãdatum noſtrum adimplẽdum,abſolutum.

*Verum præfatus W.*)Vuilhelmus,concil.Vnde pro Verum,Barcin.et vetus Tarr.et Cõt.W ĩs,duo Tarr.

*puellam ipſam*)ſic etiam Cont.illam,concil.

*infra vij.annum*)duodecimum pro vij.concil.ſeptimum,Cont.

*ut præfatũ W.in uirum acciperet*)VV.Cõt.Vuilhelmum,concil.cetera,ut edita ſunt.in pręfatũ W.ut eum in uirum acciperet,vetus Tarr.olim tamen,ut edidimus,fuerat.

*ad præſentiam tuam acceſſit*) ſic etiam concil.ad tuam præſentiam acceſſiſſet,Cont.

*& per eam cognoſceres*)cognouiſſes,Cont.hęc in concil.deſiderantur.

*quod memoratum W.in uirũ nolebat*) Vuilhelmũ pro W.concil.quod præfatum VV.in uirum uolebat,Cont.non recte.

*ab huiuſmodi*)ſic etiam Cont.ab huius,concil.

H.*Anglorum Rex*)ſic etiam Cõt.Henricus pro H.concil.apertius.

*matrem ſupradictæ*)puellæ,additur in cõcil.et in Barcin.et in uno Tarr. ſupradictæ puellæ matrem,Cont.

*quam idem W.*)ſic etiã Cont.quam ideo Vuilhelmus,concil.

*accepit,& ſollemniter deſponſauit*)ſic etiam cõci. accepit ſollemniter, et deſponſauit,Cont.

*& etiam ſine*)et ſine concil.et tres Tarr.et Cõt. etiam ſine, uetus olim Tarr.

*Vnde licet*)Verum licet,concil.et Cont.quæ mutatio frequentiſſima eſt in his collectionibus.

*in litteris tuis*)ipſis pro tuis,concil.et Cõt.et tres Tarr.

*quod ipſa puella*)quod puella illa,conci.ipſa,Cõt.

*quando huiuſmodi*)ſic etiã in cõcil.quãdo ipſius, Cont.quando,unus Tarr.altera uoce omiſſa.

*tamen refert utrum eſſet*)utrum cum eſſet,conci. tamẽ reſtat,utrum puella eſſet,Cont.

*proximæ ætati*)ſic etiam Cont.fuit proxima ætati,concil.

*aut infra*)ſic etiam concil.an infra,unus Tarr.et Cont.

*Ideoq.fr.t.&c.*)nõ recte hæc in cõcil.ſunt.(ideo) fr.t.mand.Cont.fr.t.non ſunt in uno vet.Gregor. ſunt in altero, et in editis. vox ideo eſt in Contiano tantum.

*rei ueritate &c.*)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.excepta voce rei.

*quod præfata*)quod puella præfata,concil.quod puella,Cont.

*quando prememorato W.*)vox W.in concil.nõ eſt.quando V.ueteres Gregor.quando G.Cõtius,et alij.

*non conſenſerit*)non conſenſit,uetus Gregor.tãtum.vox non in uno Tarr.olim deſiderabatur.

*idem W.*)idem V.duo ueteres Greg.G.Cont. et alij. Vuilhelmus,cõcil.eadem varietas eſt in illis uerbis,eundem W.

*præcipias*) præcipimus,uetus Gregor.ſolus.

*proles denunties eſſe legitimas*)ſic etiam in concil. memini Germanos quoſdam Romę ſic loqui. prolem denunties eſſe legitimam,Raim.aptius.

*ſicut diſcretio &c.*)hæc etiam a Raim.et Contio ſunt omiſſa,ſint licet in concil.

*matrimonia ante* vij.*annum*)annos,duo Tarr.et Raim.matrimonium ante vij.annum,concil.

*præſertim*)hac uoce tam concilia, quam Gregoriani carent.

*non interuenit*) ſic in concil.non accedit, Raimundus.

*ſi præfata*)ſi dicta,vetus Gregor.tantum.

vij.*annum compleuerit*)compleuerat, Barcin.aptius,et tres Tarr.et Raim.et concil.ſeptimum pro vij.uetus Tarr.

*illius puellæ*)puellæ ipſius,uetus Tarr.ipſius puellæ,alij duo Tarr.et concil.et Raim.

*nolebat*)ſic etiam concil.noluerit,Raim.

*ſibi fuerat deſponſata*)ſic etiam concil.et duo veteres Gregor.ei pro ſibi, unus Tarr.qua uoce idem olim caruit.fuerit pro fuerat,alter Tarr. fuit ſibi deſponſata,Cont.et alij.

*Verum ſi tibi &c.*)hæc diſplicuerũt Raim.et Cõtio,quia diſpenſationem,ſiue diſſimulationem ſignificant. ſunt autẽ in concilijs paucis exceptis,quorum varietatem lector inſpiciat.

*Cap.7.Unde Iſidorus*)Vox Vnde non eſt in tribus Tarr. neq.apud Raim.et Cõt.neq.apte poſita eſt.li.5.etymol.addit Cont.in margine. ego lib.11.c.2.etym.ſcribo.

*ſunt uocati*)ſic etiam Raim.vox ſunt non eſt in duob.Tarr.utraq.uoce caret Iſidorus.

*ideſt a pudentia corporis*)ſic etiã Raim. pudicitia pro pudentia,Barcin.et vnus Tarr.pudenda,alter nõ recte.ego pudendis malo:ſequitur enim quia hęc loca primo lanuginem ducunt,et id apud Iſidorum eſt.

*quia hæc &c.*)quod hęc loca tunc primum,Iſid.

*quidã autẽ*)tamẽ,unus Tarr.et Raim.autẽ, Iſid.

*exiſtimant*)extimant,unus Tarr.et uetus Greg. non male, etſi æſtimant aptius ſit. exiſtimant, alter uetus,et Iſid.et Cont.et alij.

*expleuit*)expleuerit,unus Tarr.et Iſid.impleuit, duo ueteres Greg.impleuerit,Cont.et alij.

*Certum autem eſt eum*)Certiſſimum autem,Iſid. alijs omiſſis.

*qui et ex habitu*) ſic Iſid.vox et non eſt in Greg. neq.in duob. Tarr.et in tertio aliquãdo deſiderabatur.uetus Greg.etiam caret uoce ex,quam alij retinent.

*iam poſſit*)ſic Iſid.iam poteſt,Raim.

*Puerpera autem &c.*) Et puerperæ,Raim omiſſa uoce autẽ.Paulus c.163.de uerbor.ſignificat. puerperas appellant recentes ex partu.ut editũ eſt,Iſid.

*qua annis*)ſic Iſid.quæ in annis,Raim.et Cont. in uno tamen ueteri,ut edidimus.

Poſt uerba huius cap. addit Iſidorus. unde et
„ Horatius.Laudantur in primo prole puerpera
„ nato.Et dictæ puerperę,uel quod primo partu
„ grauantur,uel quod primum pueros pariant.
Horatij uerba mendoſa ſunt.ſcribendum:Laudãtur ſimili prole puerperę,ex lib.4.carminũ.

*Cap.8.Noruicen.Epõ*)ſic etiam Raim.NorWicen.duo Tarr.et concil.d.parte 6.c.10.

*Continebatur autem*)uox autem non eſt in cõci. neq.in Greg.neq.in duob. Tarr.ſi retineatur, partem eſſe alterius addi oportebit.

*quod cũ*)vox cũ in ſolo ueteri Tarr. deleta eſt.

*tradita fuerat*)fuerit,cõcil.et Raim.et duo Tarr.

*ſuis parentibus &c.*) hæc omittunt Raim.et Cõtius.parentib.ſuis,concil.

*aſſerens in eundem virum*)ſe,additur in concil.et in Greg.poſt uocem aſſerens , ſed uoce virum carent Raim.et Cont.

*prædictus uero vir econtra &c.*)hæc recte addidit Cont.excepta voce ecõtra,fuerãt a Raim.omiſſa,exſtant totidem uerbis in concil.

*proponit*)ſic etiam cõc.et Cont.proponens,duo Tarr.

*tradita fuiſſet*)ſic etiam in concil.fuit,Cont.

*ætati fuit*)fuit ætati,concil.ætati,Cont.altera uoce omiſſa.

*eidem uiro*)ſic in concil.et in Cõtiano.ab eodẽ uiro,unus Tarr.

*& tu nos*)ſic etiam Cont.et ita nos,concil.

*taliter reſpondemus,quod in decretis*)quod cũ pro quod,concil.et Barcin.et tres Tarr.in quorum uno uox cum expuncta eſt.Cõs.t.t.reſp.quod cum in decretis,Raim.decreta hic appellantur canones ex concilio apud Cõpendium c.20.ut refert Burch.lib.9.c.42.et Iuo lib.6.tit.10.c.8. Panormię,et parte 8.c.180.decreti.exſtat apud Grat.33.q.1.c.3.

*habetur expreſſum*)ſic etiam in concil.habeatur pro habetur,duo Tarr.et Raim.

*cognouerit*)cognouit carnaliter,uet.Greg.ſolus.

*ſtandum eſt*)uerbum eſt in altero ueteri Greg.tãtum non eſt.

*Vnde præfato*)uocem Vnde Raim.et Cont.omittunt,eſt in concil.

*qui ſe dicit*)ſic in concil.qui dixit ſe,uet.Greg. qui dicit ſe,alter uetus,et alij.

*& ſi fuerit proxima*)ſic etiam in concil. et ſi fuerit ætati nubili proxima,Barc.Si autem fuerit ætati proxima,Raim.

*in xi.*)ut in xi.Raim.duodecimo anno, concil.

*& uoluntatẽ parentũ deſponſata,et benedicta fuerit*) ſic etiam in concil .deſponſata fuerit,uet.Greg. alijs omiſſis.uox fuerit nõ eſt in alijs libris,neque in Contiano,ſed tantum uox deſponſata. Cur alia Raim. diſplicuerint , diuinare facile poſſumus.

*nõ debet*)ſic etiam Raim.nõ debebunt,concil.

*ipſam fuiſſe*)eam fuiſſe,uet . Greg. ipſam, altera uoce omiſſa,concil .ut editum eſt,Cont.et alij.

*profitentur*)faterẽtur,cõcil.et uetus Tarr.et Barcin.et Raim.fatentur,unus Tarr.

*& ætati proxima*)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.

*benedicta atque traducta*)hæc etiam ſunt in concil.non ſunt in Greg.fuerit , additur in ueteri Tarr.quod olim omiſſum fuerat.mihi id ſuperuacaneum uidetur.

*illius,cui*)ſic etiam concil.et uetus Greg. ipſius, cui,alter uetus,et Cont.et alij.

*deſponſata fuerit*)fuit,uetus Gregor.ſolus.

*eam ducere*)ſic etiam concil.et Raim.eandẽpro eam Barcin.traducere pro ducere,unus Tarr. quod non placet.

*puellæ ſibi deſponſatæ*)uox puellæ in uet.Tarr.deſideratur.in cõcil.uero ea ſola eſt,alijs omiſſis, ſponſæ,Raim.et Cont.alijs quoq.neglectis.

*Cap.9.Idem Baton.Epõ*)Bathonienſi cõcil.d.parte 6.cap.29.et unus Tarr.et Raim.et Cõt.Batonien.alter.Bathonenſi,Barcin.Barronienſi, tertius Tarr.non recte.

*De illis qui &c.*)Ante hæc uerba fortaſſe addẽdum eſt,Pars cap.A nobis.tum quia hoc initiũ reſcripti non uidetur;tum quia proximo capite uerba quędã huius capitis referũtur,quæ poſt id caput ſequantur.

*infra annos aptos*)ſic etiã Raimũd.exiſtẽtes,additur in concil.

*peruenerint*)perueniunt,concil.peruenerit , uetus Gregor.peruenerint,alter uetus,et editi.

*reclamet,& poſtulet*)reclament,et poſtulent, cõcil.reclamet,et poſtulent,Raim.poſtulant,uet. Greg.ſolus.

*non ſunt audiendi*)non ſunt aliquatenus audiendi, concil.ullatenus pro aliquatenus, Raim.

*Si uero*



*Si uero alteruter iſtorum ad annos*) eorum pro iſtorum,concil.et duo Tarr.alter pro alteruter, uetus Gregor. et tertius vetus Tarr.alter eorũ, cap.10.ut editũ eſt, editi Greg. et unus uetus.

*annos aptos matrimonijs contrahendis*)ſic etiam in concil.annos pubertatis,Raim.et Cont.

*cum quo eadem*)hæc in cõci.non ſunt.voce quo Barcin.caret,et tres Tarr.cum,Raim.et Cont. alijs omiſſis.

*in alterum*)in alium,uetus Tarr.ſolus.

*debent*)poterunt,Tarr.tres,et concil.et Raim. potuerint,Barcin.non recte.

*Vtrum autem mulier*)ſic etiam in cõcil. Mulier autem,Raim.

*quæ poſtquam annos nubiles attingit*) attigerit,uet. Tarr.attigit,Barcin.et alter Tarr.et duo ueteres Greg.attingit,Cont.et alij.multa in concil. deſiderantur.

*ab eo ſi quærat diſcidiũ etc.*)diſſidiũ cõc.et tres Tarrac.diuortium,Barc.multa omittunt.Raim.et Cont.pro ab eo,eſt etiam in Barcin. ab eodẽ.

*quia cum*)quod cum,duo Tarr.et concil.

*conſenſerit*)conſenſit,uetus Greg.ſolus.

*diſſentire non poterit aliquatenus*)conſentire non poteſt aliquatenus,concil.non recte,non poterit diſſentire,Raim.alia uoce omiſſa.

*uel diuertere*)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*niſi forte ipſe,cui nupſerit etc.*)nupſit,tres Tarr. niſi forte illi nupſit,etc.cõcil.non recte.niſi ipſe, cui nupſit,poſtquam ad legitimam ętatem peruenerit,Raim.

*in ea ſuum omnino negauerit præſtare cõſenſum*)ſe pro ſuum,uetus Tarr.vox omnino in altero Tarr.deſideratur.et in eum ſuum etc.cõcil. in eam ſuum negauerit præſtare cõſenſum,Raim.

*Cap.10.Idem eidem*)ſic etiam in ueteri Gregor. voce eidem caret Cõt.et alij. forte addi poſſet, in eadem,ut ex ultimis uerbis colligi poteſt.

A *nobis tua diſcretio*)deuotio,unus Greg.uetus.

*utrum ij*) ſcribendũ ijs , ut eſt in Barc.et in trib. Tarr.et in Greg.

*inquiſitioni tuæ taliter*)hęc omittũt Raim.et Cõt.

*quia pro eo*)quod pro eo,unus Tarr.et Raim. aptius.

*de ſanctorũ patrũ nõ habẽt auctoritate*)non habẽt, Raim.et Cont.alijs omiſſis.

*aut cõfirmẽt*)aut cõſumment,uetus Greg.aut cõfirmetur,alter uetus,et Cont.et alij.

*anticipare*)hoc loco refertur in ſcholijs opinio G.Vaſconis veteris interpretis,cuius nomẽ raro ita ſcriptum inuenies.

*Si uero alter eorum &c.*)hæc omittunt Raim. et Cont.de his diximus c.9.

*ut ſupra prox.c.*) proximo c.unus Tarr.

*Cap.11.Idem*)Vigilenſi Epõ,additur in concil.

*Si puella &c.*)Si uero puellã infra duodecimũ annum aliquis deſponſauerit,concil.Ante hæc uerba addi poſſet,Pars cap.Cum ſit Romana. ex his,quæ dicta ſunt cap.7.de ſponſalibus. In margine pro illis, Non ponitur,ſcribi potuit.c. 8.de ſponſal.

*uel ſponſus &c.*)hæc in concil. deſiderantur.

*peruenerat matrimonio aptos*) peruenerit aptos matrimonio,uet.Tarr. peruenerint aptos matrimonio,alter. peruenerit matrimonio aptos, tertius.matrimonio aptos ãbo peruenerint,cõc.

*matrimonio peruenerit*)peruenerint,concil. et unus Tarr.

*uel recipienda*)uel remittenda, concil.nõ male. uel reſcindenda,Barcin. quod præfero editis. uel renuenda,unus Tarr.uel retinenda, duo Tarr. non recte.

*ad complendũ*)adimplendũ,duo Tarr.et cõcil.

*Sponſa autem &c.* De his uerbis dictum eſt d.c. 7.de ſponſalib.

*Cap.12.Ianuen.Epõ*)ſic etiam in conci.parte 50. c. 41. Ianuen. Archiepõ,uetus Greg.Genuen. Archiepõ,Cont.et alij quidam.

*pars c.Tua fraternitas*) hæc omittũt Raim.et Cõtius.Integra clauſula,uel potius epiſtula exſtat in concil.d.c.41.et in hac collect.c.7.de ſponſa duor.cum eadem inſcriptione.

*De illis autem &c.*)Recte addit Cont.omiſſa prius a Raim.quæ ſunt in concil.excepta uoce autẽ pro qua uero eſt.Raim.neutrã uoluit.

*Hæc inquiſitioni*)Hoc pro Hæc,concil.et Cont. et Barcin.et duo Tarr.

*taliter præſentibus litteris*)t.Cont.pro taliter,alijs omiſſis.in concilijs ea uox non eſt,cetera,ut edidimus.eſt in uno ueteri Gregor.t.reſp. mihi in hac collect.ea vox ſuperuacanea videtur.

*ætati proximi*)ſic in concil. et in Greg.ætati nubili proximi, uetus Tarr.ſed uerbũ nubili, ut ſcholiũ,adiectum eſt. quod, ut ſcholium, placet, maxime,addit Alanus uetus interpres.

*quod potuerint*)quod potuerunt,unus Tarr.ſol. quod non poterunt,prior cõc.editio,nõ recte.

*cum ætatem videatur ſuppleuiſſe malitia*)ſic etiam concil. cum in eis ætatem ſuppleuiſſe malitia uideatur,duo ueteres Tarr.uidetur,Cõt.et alij.

*Cap.13.Atteſtationes ſuper*)Ante hęc uerba addi poteſt,pars c.Cũ in Apoſtolica. Integra clauſula exſtat c.20.de ſponſalibus in hac collect.Atteſtationes , quæ ſuper , duo Tarr. nõ recte.ut editum eſt,Raim.et Cont.

*a tua nobis fraternitate tranſmiſſas*)hæc omittunt Raim. et Cõt.ut alia non pauca,quæ cõmemorare ſingula non eſt neceſſe.

*cum præfatã acceperat in uxorem*) accepit uxorẽ, unus Tarr.uxorem accepit,alter cum præfatã G.accepit uxorem,Raim.

*niſi*

*niſus fuiſſet*) uiſus pro niſus, unus Tarr. quod nõ æque placet. uiſus fuerit, uetus Gregor. ut editum eſt, alter uetus, et editi.
*credit ſe*) credidit ſe, uetus Gregor. olim.
*a memorata*) a dicta, alter uetus Greg. ſolus.
*ſed cum uir x. et vij. &c.*) xvij. eſt in tribus Tarr. xiij. in Barcin. Non recte hoc loco addidit Cõtius a Raim. omiſſa. nam debuerat obelo notare, quæ Raim. ex his ſumpſerat (cũ xvij. annos habeat) habebat tamen in uet. Gregor. olim fuerat, quod non placet.
*ipſam recipere*) eam recipere, Cont.
*ſuper cauſam ipſam*) ſuper ipſam cauſam, uetus Tarr. ſuper cauſa ipſa, alter. ſuper ipſa cauſa, tertius. ſuper ipſa, Cont.
*non duxiſſes*) non duxiſti, Cont. et tres Tarr.
*procedendum*) procedere, Cont.
*hoc a nobis etc.*) Conſult. t. t. reſpõd. Raim. et Cõtius, in uno tamen veteri eſt tantum, t. reſp.
*poſt xiiij. annũ*) an. unus Tarr. annos, uetus Gregor. annum, alter, et Cont. et alij.
*prædictus iuuenis*) præfatus iuuenis, uetus Greg. tantum.
*ætatem peruenit*) ſic etiã Raim. peruenerit, unus Tarr.
*non conſenſit uxorem*) ſic etiam duo veteres Greg. conſenſerit pro conſenſit, unus Tarr. non conſenſit in uxorem, Cont. et alij.
*Cap. 14. Ex litteris tuæ fraternitatis*) Ex litteris tuis, uetus Gregor. ſolus.
*A. nomine &c.* annorũ xij. uetus Greg. an. xij. alter uetus. anno xij. Cont. et alij.
*& deſponſata*) ſic etiam Raim. et inuita, additur in uno Tarr.
*qui erat in anno nono, uel x.*) decimo, unus Tarr. ix. uel x. annorum, Raim.
*& dimidio, tempore*) et medio tempore, tres Tarrac. et tempore, Raim.
*procedente*) præcedente, uetus Gregor. quod nõdum probaui.
*matris, & fratrum*) pro his uerbis Raim. parentum ſcripſit.
*patris prædicti pueri ducta*) perducta, uetus Tarr. pueri prædicti, alter. patris pueri ducta, duo ueteres Gregor. adducta, Cont. et alij.
*ubi nolens*) ubi dolens, Cont. ſolus.
*ſicut ab ore etc.*) Multa Raim. et Cont. omiſerũt.
*perſuaſionib.*) ſuaſionibus, unus Tarr.
*impulſa*) ſic etiam Raim. compulſa, uetus Tarr.
*habuit, et tandem*) fecit pro habuit, Raim. habuerit, duo Tarr. in quor. altero habuit olim fuit. et, unus Tarr. caret.
*Commonita uero &c.*) hæc recte addit Cõt. a Raimund. præterita.
*ſicut aſſeris*) hæc Cont. omiſit.
*contradicit*) contradixit, Cont.
*cum iam dictus*) Cũ autem dictus, Raim. et Cõt.
*ſicut tua &c.*) hæc ab eiſdem omiſſa ſunt.
*ad xiij. annum ætatis ſuæ peruenerit*) peruenerat, unus Tarr. xiiij. pro xiij. Barc. et duo Tarr. ad xiiij. annum peruenit, unus Greg. peruenerit, alter uetus, et editi. xij. pro xiij. uet. Tarr. quod non placet.
*nec umquam ad eam puellam*) eãdem pro eã, duo Tarr. nec ad eandem, Raim. alijs omiſſis.
*carnaliter acceſſum habuerit*) carnalem acceſſum habuerit, uetus Gregor. carnaliter acceſſum habuit, Cont. et alij. ut editũ eſt, alter uetus Raimundi liber.
*per te ad hoc ſtudioſe*) hæc omittũt Raim. et Cõt.
*idem puer compleat*) ipſe pro idem, unus Tarr. cõpleat idem puer, alter Tarr. et Raim.
xiiij. *annum ſuæ ætatis*) xiiij. annos, uetus Greg. alijs omiſſis, annum Cont. et alij.
*in maritum auctoritate noſtra*) hęc etiam omittũt Raim. et Cont.
*dare potes libertatem*) poteris pro potes, Barcin. liberam tribuas facultatem, Raim.
*Dat. Veron.*) hæc in Gregor. non ſunt, neque in Barc. neque in uno Tarr. Veronæ, eſt in altero Tarr.

## TIT. III. DE CLANDEſtina deſponſatione.

CAP. I. *Hieronymus in parabolis*) adde c. 5. eadẽ uerba ſunt in ſcholijs ſacror. libror. gloſſam inter lineas dicunt.
*In plateis tuis aquas tuas diuide*) Salomonis uerba ſunt prouerbior. cap. 5. Bibe aquam de ciſterna tua, et fluenta putei tui, deriuẽtur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas diuide. habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. υἱὲ πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, ϗ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς. ὑπερεχείσθω σοι τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς, εἰς δὲ σὰς πλατείας διαπορευέσθω τὰ σὰ ὕδατα. ἔστωσοι μόνῳ ὑπάρχοντα, ϗ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτωσοι. Lxx. Fili bibe aquas de tuis uaſis, et de tuis puteis fontis. effundantur tibi aquæ ex tuo fonte, in autem tuas plateas trãſeãt tuæ aquæ. ſint tibi ſoli exiſtentia, et nullus alienus particeps ſit tui. Cõpluten. duriuſcule ſunt quędam dicta. ut illud in autẽ tuas, pro in tuas autem. et ὑπάρχοντα, quę bona, ſiue facultates ſolemus dicere, hic interpres exiſtentia dixit. Vetus quidã interpres, cuius ſcholia R littera notãtur, aquas interpretatur bonas operationes, ut in pſal. 1. ſecus decurſus aquarum, vel aquas doctrinæ. Vincentio extorta uidetur Hieronymi interpretatio, ut alibi notatur multos in ſacris libris ingenio abuti, diſt. 37. relatum. et de pænitẽn. diſt. 3. adhuc inſtant. Ego a Hieronymi interpretatione, ſiue cuiuſuis alterius ſit, non alienus ſum. Video enim ita illic ſcriptũ eſſe poſt 7 relata uerba. Sit uena tua benedicta, et lætare 7 cũ muliere adoleſcentię tuæ. ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος ἔστωσοι ἰδία, ϗ συνευφραίνου μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου. Lxx. Fons tua aquæ ſit tibi proprius, et conlætare cũ muliere, quæ ab aduleſcentia tua. Complut. pro muliere vxore malo, cetera quoque dure dicta ſunt, pro quæ tecũ adoleſcat. Sic apparet tranſlatione uſum ſapiẽtẽ Regem in ſuperiorib. uerbis. Coeperatq. deterrere filium a meretrice, et ab adultera, poſtea quid agere debeat, tectis uerbis docuit.
*ideſt filium etc.*) Hieron. verba ſũt, excepta voce ideſt, quę etiã omiſſa eſt in gloſſa inter lineas.
*ac filiam*) ſic Hieron. ac filias, gloſſa.
*alijs*) deletam hanc vocem inueni in ſolo ueteri Tarr. non eſt apud Hieron. eſt in dictis ſcholijs.
*nuptũ trade*) ſic Hieron. nuptũ tradas, ſcholia.
*manifeſte cum plurib. ſocijs*) manifeſte facito pluribus conſcijs. Hieron. manifeſte cũ plurib. conſcijs, ſcholia.
*Cap. 2. ex concilio Agath.*) Agathen. duo Tarr. Auril. uet. Greg. pro Aurelian. Arelaten. alter, et Cont. et alij editi. ego in concil. non inueni. Agathen. Cont. in marg.
*uel uir*) ſubſcribo Tancredo, qui putabat hæc uerba tolli debere. habẽt omnes libri, et Raim. et Cont.
*uiro tantum*) vox tantũ a Raim. recte omiſſa eſt.
*Cap. 3. Beluacen. Epõ*) ſic etiã Raim. et Cont. Belluacen. duo Tarr. tota inſcriptio deſideratur in concil. parte 50. c. 17. in priori edit. concil. ſi ex c. 16. ſumenda ſit, hæc erit. Idem Vuigornien. Epõ, in xij. libro reg. ut editũ eſt in poſter. edit.
*Quod nobis ex parte tua etc.*) Recte Cont. addit a Raim. omiſſa. nõ recte idẽ ſub tit. qui filij ſint legit. ex 2. cõpil. addidit, et nihil de his, quę ſub hoc titulo poſita fuerãt, dixit. ex una parte, cõcil. pro ex parte tua. Quod de uobis, et infra uetus Gregor. tit. qui fil. ſint leg. mendoſe.
*utrũ in clandeſtinis*) de pro in, unus Tarr. ut pro utrum, concil. ut de clandeſtinis, Cont.
*debeamus*) deberemus, concil. et Cont.
*adhibẽda*) ſic in concil. habẽda, unus Tarr. neutrum Cont.
*legitimi teſtes nõ appareãt*) ſic concil. et olim uetus Tarr. mox compareant. legitima probatio non appareat, Raim.
*contrahunt*) ſic in concil. et in Greg. ſi perſeuerare noluerint, additur in Barcin. non male.
*compellendi*) repellendi, concil. prioris editionis.
*tamẽ ea, quae ſic cõtrahũtur*) cõtracta ſunt, concil. omnia Raim. et Cõt. omiſerunt. vox ſic in uno Tarr. deſiderata aliquando eſt.
*et legitima*) hęc neq. in concil. ſunt, neq. in Greg.



*et conprobãda*) ſic etiã Raim. ac pro et, concil. et probanda, uetus Tarr.
*contraherentur*) ſic etiam in concil. cõtrahantur, Barcin. contracta, Raim.
*et rato habuo*) hæc omittũt Raim. et Cont. ſunt in concil.
*filios, et heredes*) heredes, et filios, unus Greg. uet. uox filios olim in uno. Tarr. deſiderabatur.

## TIT. IV. DE SPONSA

*duorum, & ſponſo duarum*) et ecõuerſo, uet. Tarr. vel e contrario, alter. De ſponſa duorum, Barc. et unus Tarr. et Raim. et Cont. alijs omiſſis.

CAP. I. *Auguſtinus de fide pactionis, et cõſenſus*) ſic etiam Grat. ſiue Palea 27. q. 2. cap. ult. et Raim. et Cont. Eugenius, Barcin. et uetus Tarr. In B. Auguſtini libris hæc nondum inueni.
*dicitur fides pactionis*) ſic etiã Raim. et pactionis, Grat.
*ſi aliquis*) ſic Grat. et Raim. ſiquis, uet. Tarr. ſed olim, ſi aliquis.
*fidem fecerit*) fidem dederit, uetus Gregor. ſolus.
*ſi aliam*) et ſi aliam, uetus Greg. tantum.
*debet agere*) ſic etiã Raim. agat, Grat. ſiue Palea.
*dimittet ipſam, & adhærebit uxori priori*) dimittet eam, et adhęrebit primę uxori, Palea. dimittet illam, et adhęrebit priori, uetus Gregor. ipſam pro illam, alter uetus, et Cont. et alij.
*ei rem*) ſic etiã Palea, eum rem, Raim. vox ei in uno Tarr. aliquando deſiderabatur.
*etiam ſi non ſtringat*) et ſi nõ ſtringit, duo Tarr. et uetus Gregor. etiã ſi nõ ſtringit, tertius Tarr. et ſi nõ cõſtringat, Palea. et ſi non cõſtringit, alter uetus Gregor. non ſtringit, Cont. et alij.
*corde tamen*) vox tamen aliquãdo in uet. Tarr. deſiderabatur.
*Cap. 2. ex B. lib. xix.*) ex Brocardo lib. xxx. Raimũd. et Cont. qui in marg. ſcribit, alias xiiij. exſtat lib. xix. Decretor. Burchardi Epĩ Vormaciẽſis. ſumpſit autẽ is ex pęnitentiali Romano, ut ſuſpicor. Raro inuenies ex alio libro, quam ex eo, in quo de pænitentijs agitur, quidquã in his collectionib. adferri. ex Brocardi lib. xiiij. habet Barcin. Brocardo pro B. duo Tarr.
*Accepiſti illam tibi uxorem*) ſic etiã Burch. in uxorem, vetus Gregor. et tres Tarr. Accepiſti vxorem illam tibi, alter vetus Gregor. Accepiſti illam in uxorem tibi, Cont. et alij.
xl. *dies*) quadraginta dies, unus Tarr.
*quod carinam vocant*) ſic Burch. in eo libro ſępe, ex quo eſt etiam ſub titulo de accuſationibus c. 9. carentenam, uetus Greg. et in margine Cõtius. a quadrageſima, ſiue quadragena corrupta vox deducta eſt, non a carentia hominum, uel ciborum, ut Tancredus putabat. caninam dici

aliquando exiſtimabam;quod pane,et aqua ut canes veſcerentur:non ut ceteri homines alijs cibis.ſed illud malo,quod aptius eſt tã pænitẽtijs,quam indulgentijs.

*Cap.3.Salernitano Archiepõ)* Epõ,in concil.d. parte 6.cap.8.Saler.Archiepõ, Raim.et Cont. ſed cap.2.de conuer.coniug.ut editum eſt.

*Licet præter ſolutum,& amplius &c.)* Recte Cõt. addit a Raim.omiſſa.eadem ſunt in concil.

*more multiſſimis)* vox more non eſt in Barc.neque in tribus Tarr.multis ſimus,concil.et Cõt. et duo Tarr.aptius,uoce more omiſſa.

*& magnis)* ſic etiam Cont.et uarijs,concil.

*& ita)* ſic Cont.et,non eſt in concil.

*ſpeciali)* mendoſe in concil.ſpirituali.

*aduerſus perſonam)* ad perſonam,concil.et Cont,

*dilectio tua)* dil.tua, Cont.prudentia tua, cõcil.

*quantumcumq.alijs ſimus intenti)* ſimus alijs,unus Tarr.ſumus alijs,concil.caret omnib.his uerbis Contianus liber.

*aperire)* ſic in concil.uolumus aperire,Cont.

*iuramento)* ſic etiam Cont.ſacramento, concil.

*interueneris)* ſic in conci.et in Cont.interueniat, uetus Tarr.

*de præſẽti)* ſic etiã in cõc.et pro de,Cõt.nõ recte.

*fuerit copula ſubſecuta)* ſic etiam Cont.ſecuta,cõcil.copula ſubſecuta fuerit,unus Tarr.

*ſub ea ſollemnitate,qua &c.)* qua,unus Tarr.et cõcil.multa Raim.et Cont.omittunt non contẽnenda.uox ſub in concil.non eſt.

*præſente uidelicet ſacerdote aut notario)* præſente ſcilicet ſacerdote,aut etiam eius notario, concilia.uide cap.6.huius tituli,et quæ nuper in concilio Tridentino edita ſunt.

*& ſicut)* etiam,ſicut,unus Tarr.ſicut etiam,concil.et alter Tarr.

*idoneis)* corã idoneis,cõcil.et Barc.et tres Tarr.

*unus alterum in ſuum)* in ſuo,tres Tarr.unus alium in ſuam,concil.prioris edit.unus ad aliũ in ſuam,poſter.editio,utrũq.non recte.ſi unus alterum in ſuum,uetus Gregor.vox ſi non eſt in altero ueteri,et pro ſuum ſuo,quod etiã eſt in Contiano,et alijs editis.

*uerbis conſuetis expreſſo)* ſic etiã duo ueteres Gregor.expreſſis,Barcin.expreſſe,Cont.et alij.uerbis expreſſis,concil.

*utrumq.dicendo)* vterq.dicẽdo,uetus Tarr.utrimque dicendo,alter Tarr.et concil.et vetus Gregor.utroq.dicente, tertius Tarr.et alter uetus Gregor.et Cont.et alij.

*Ego accipio te in meum)* Ego te recipio in meam, cõcil.Accipio te in meã,uet.Greg. Ego te accipio in meã,Cõt.et alij.De his uerbis uide c. 6.

*et ego te in meã)* meũ,cõcil.et duo ueteres Greg. et ego accipio te in meum,Cont.et alij.

*ſit iuramentum)* ſic etiam concil.interpoſitũ,addit Raim.

*& ſi nupſerit)* ſic in concil.alij,addit Barc.et ſi nupſit,uetus Gregor.ut editum eſt,alter uetus,et Cont.et alij.

*ab eo)* ſic concil.et Raim.ab ea,Tarr.tres. quod non æque placet.

*ad primum)* ſic in cõcil.ad primam,Barc.et duo Tarr.et uetus Gregor.ad primum,alter uetus, et Cont.et alij.

*compelli)* compellere,uetus Gregor.ſolus.

*quamuis quidam alij aliter ſentiant)* vox quidam in concil.non eſt.omnia præter uocem quamuis omittunt Raim.et Cont.mihi magis hæc verba placent,quam ea,quæ poſtea ſequuntur.loquitur autem de Mutinenſibus,et Bononienſibus,qui poſtea ab errore ſuo ſunt reuocati, ut refert Tancred. de Mutinenſibus extat c.un.hoc tit.coll.3.uide c.4.et 5.huius tit.

*& aliter etiam a quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum)* vox et in concil.deſideratur. Quamuis aliter a quibuſdam etc, Raimund.iudicatum.in illis locis,in quibus obtinebat talis conſuetudo.R.non igitur illi Põtifices in lege cõdẽda,uel interpretatione faciẽda generaliter errabant;ſed in iudicio priuato. Ponderanda autẽ ſunt illa Innocẽtij tertij uerba,in matrimonijs decetero cõtrahẽdis,d.c.un.

*Verum poſt conſenſum etc.)* De his uerbis dictum eſt c.2.de conuerſione coniugat.

*Cap.4.)* Ante hoc caput duo ſunt in Barc.alia capita,quæ nos in calce huius libri ſcripſimus, licet alterum ad titulum de clandeſtina deſpõſat.cuius initium eſt,Solet frequenter,alterum ad titulum de raptorib.cuius initiũ eſt,De ijs, qui ſponſas,pertineat.Ab alio tamen ſcriptore adſcriptum eſt,Vacant iſtæ duæ.

*Eboardo Paduano Epõ)* ſic etiam in conci.Eborardo,unus Tarr.Ebaldo,Barc.Eberardo,ſcriptum eſt parte 6.c.22.quod malo.

*ut ſiqua dubia)* ut ſi dubia,concil.

*ad noſtram audientiam perferãtur)* aurem pro audientiam,concil.et Barc.et unus Tarr.ſed proferantur,hic,et alij duo Tarr. perferũtur,Barc. ad noſtras aures proferantur,uetus Tarr.

*& ea debeamus abſoluere)* vox et non eſt in cõcil. neq.in Barc.neq.in trib.Tarr.eadẽ debeamus ſoluere Barc.debemus pro debeamus,tres Tarrac.ſoluere pro abſoluere,unus Tarraconenſis.

*in lucidum)* in lucem,concil.aptius.

*unde nos)* ſic in concil.quod nos,unus Tarraconen.

*deſponſetur,& cognoſcatur)* deſponſatur,et cognoſcitur,concil.et unus Tarr.





*& ita mulier)* infra pro ita,in concil..quod nondum placuit.

*in ſuam)* ſic etiam in concil.recipiat,addit uetus Tarr.

*licet poſtea)* ante hæc uerba eſt in eodem ueteri Tarr.vox et,quæ in concil.non eſt.

*debeat)* debet,concil.

*Cap.5.Pars cap.Sicut Romana)* hæc in concil.nõ ſunt,integra clauſula exſtat cap.1.de reſcriptis, et c.12.de appellatio.in hac collect.et in concil. parte 10.c.11.Hoc eſt c.7.in Barcin.

*Porro ſiqui)* ſic etiam in concil.ſiquis,uet. Tarr.

*contraxerunt)* contraxerint,concil. aptius.

*cognouerit)* ſic in cõcil.cognouit,unus Tarr.

*habere debeat)* hanc,concil.non ſine mendo.

*ſine iudicio)* vox ſine in concil. non eſt.

*aliam tamen &c.)* inepte hæc cohærent. cũ alio tamen contrahere nuptias non poteſt:dicẽdũ fuit:aut,aliam tamen vir interim nõ poteſt ducere in uxorem.

*Cap.6.Idem)* Eberardo Paduano,additur in cõcil.et vox Idem refertur ad Vrbanũ,ut ſuſpicor,tertium.poſt uocẽ Paduano, addi oportet Epõ,ut c.4.huius tituli,et in concil.d.parte 6. c.18.Hoc eſt c.8.in Barcin.

*Pars c.Significaſti)* Integra clauſula quęrẽda eſt. finge eſſe eã,quę ſub tit.de diuortijs, aut eam, quę ſub tit.de adulterijs eſt in hac collect ſupra ſcripta uerba in concil.non ſunt.

*Super eo uero)* vox uero non eſt in concil.

*domini utriuſq.)* aſſenſu,additur in concil.

*nullo ſacerdote præſente etc.)* uide c.3.huius tituli.

*Anglicana eccleſia exhibere)* adhibere,concil. et unus Tarr.Anglica pro Anglicana,alter Tarr.

*Tuæ prudẽtiæ)* paternitati,cõcil.quod nõ placet.

*duximus reſpondendum)* ſic etiã in concil.reſpondemus,unus Tarr.

*mulier ipſa)* uox ipſa non eſt in concil.neq.in uno Tarr.

*dicendo unus alteri &c.)* Multa in concil.deſiderantur.dicente uno alteri,Barcin.et duo Tarr.

*recipio in meã)* vox recipio nõ eſt in uno Tarr. uide ſupra cap.3.

*traduxerit,atq.cognouerit)* traduxit,atq. cognouit,concil.traduxit,unus Tarr.

*iniũcta primo uiro)* vox uiro in cõcil.nõ eſt,quod laudo.mulieri enim non priori uiro iniungitur pænitentia.

*violatione iuramenti)* ſic in concil. ſacramenti, unus Tarr.

*ſi dedit exinde fidem)* vox exinde nõ eſt in cõcil. dederit pro dedit,Barcin.et unus Tarr.

*præſtitit ſacramentum)* iuramentum,concil.et unus Tarr. præſtiterit ſacramentum,Barcin.

*Appellationi autem &c.)* hæc clauſula in cõcil. non eſt.

*ſuper iſto)* ipſo,unus Tarr.

*niſi appelletur ab eo)* niſi appellaretur ab ipſo, duo Tarr.niſi appellaretur ab eo,tertius.

*Cap.7.Idem Ianuen.Epõ)* ſic etiam in concil.parte 50.c.41. Archiepõ,uetus Gregor.Genuen. Archiepõ,Cont.et quidam alij editi.Eſt autẽ hoc caput 9.in Barcin.

*Tua fraternitas nos conſuluit,quid &c.)* Recte Contius addit omiſſa a Raim. Tua nos fraternitas duxit conſulendos,quid etc.concil.

*de his agere debeas)* ſic etiam in cõcil.debeamus, Barcin.et Cont.de his agendũ ſit,unus Tarr.debeas agere de his,alter Tarr.

*uel cognoſcant)* et pro uel,unus Tarr.ſolus.

*accipiunt alias in uxores)* alias in uxores accipiũt, concil.alias accipiant in uxores,Cont.

*ſuper quo)* ſic etiam Cont.ſuper hoc,concil.

*recipiunt expreſſo)* expreſſe,Cont.inuicem receperint expreſſo,concil.

*uota tranſire)* ſic etiã Cont. uota ſe transferre, concil.

*Verum ſi)* ſic etiam concil.et Cont.Vnde ſi,uet. Tarr.non optime.

*conſenſus mutuus)* voce mutuus caret Cont.eſt in concil.

*uidelicet quod uterq.dixit)* ſic etiam Cont.dixerit, unus Tarr.ſcilicet quod uterq.dixerit,concil.

*in meam)* in meum,uetus Tarr.ſolus.

*ego te recipiam in meum)* vox recipiam neq.in concil.eſt,neq.in Cont.libro,neq.in trib.Tarr. meam pro meũ,eſt in ueteri Tarr.

*ſi alius mulierem illam)* vox illam non eſt in concil.et alius eam mulierem,Cont.

*deſponſauerit,& traduxerit)* deſponſauit,et traduxit,concil.et Cont.et unus Tarr.

*etiam ſi inter)* ſic etiam Cõt. et ſi inter,duo Tarrac.et concil.

*iuramentum fuerit)* fuit,concil.et Cont.

*huiuſmodi)* huius, duo Tarracon.et concil. et Cont.

*de uiolatione fidei)* ſic etiam Cont.iuramenti pro fidei,concil.neutra uox eſt in uno Tarr.

*De alijs uero)* ſic etiã in concil.De his uero,Raimund.et Cont.

*et poſt ap.quam ante ſententiam)* ſic etiam uetus Gregor.et poſt appellationem ante ſententiã, concil.et pendente appellatione, quam ante ſententiam,alter uetus Gregor.et Cõt.et alij.

*ap.pendente)* et appell.pendente,concil.

*in uxores)* ſic concil.et uetus Raim.liber.vox in aptius omittitur in altero ueteri,et in Cõtiano, et alijs.

*duxerint)* ſic etiam Raim.aliqui duxerint,cõcil. plenius.

*in eccleſia)* in eccleſijs,concil.prior.edit.

*publice debes interdicere artius)* publice interdicas,concil.

cas,concil.poſter.edit.et Raim.et Cõt.debes publice interdicere artius,unus Tarr.publice interdicere, prior concil.editio,non recte.

*aliud contrahat*)ſcribe contrahant,ut eſt in concil.et in Gregor.aliquod contrahant,Barcin.et prior editio concil.aliud,in marg.

*ita publice*)ſic in concil.et in ueterib.Greg.voce ita caret Cont.et alij.

Poſt uerba huius capitis eſt in conc.De illis vero,qui in minori ætate etc.ut ſub titulo de deſponſat.impuberum,cap.12.

## TIT.V.DE CONDICIO

*nibus appoſitis in deſponſatione*) deſpõſationibus, unus Tarr.in matrimonio,Barcin.in ſponſalibus,et matrimonio,uetus Gregor.ut editũ eſt, alter uetus,et Cont,et alij.

*uel alijs contractibus*)et pro uel,Barcin.alijſq. cõtractibus,uetus Tarr.ut editum eſt,uetus Gregor.omnia in altero ſunt omiſſa.uel in alijs cõtractibus,Cont.et alij.

CAP.1 *ex concilio Africano*)ſic in cõcil.d.parte 6.c.5.et apud Grat.ſiue Paleam 27.q.2. c.7.et in Gregor.In concilijs ipſis Africanis nõdum inueni.

*& eam poſtea relinquere uoluerit*) ſic etiã Palea. uox poſtea a Raim. et Cõtio eſt omiſſa.et poſt eam relinquere uoluerit,cõcil.et eam relinquere poſtea uoluerit,uetus Tarr.

*irrefragabiliter*)ſic etiã Palea, et Raim.firmiter, concil.non male.

*Cap.2.Gregorius Griſanto Epõ Spoletano*)G.Spoletano Epõ,cap.1.de ſenten.excommunicat.in hac collectione,ubi non recte adſcriptũ eſt, Nõ ponitur.vox Griſanto a Raim.et Cõt.eſt omiſſa.Gregorius Cõſtantino Epõ Spoletano,lib. 7.epiſt.36.indict.2.regiſtri B. Gregorij. Chryſanthio Epõ Spoletino,uet. regiſt.liber, quod malo.Criſanto,unus Tarr.

*Cum ſit proprium &c.& infra*)ſic d.c.1.et Raim. et Cont.excepta voce etc.Integra clauſula ex
„ regiſtro hęc eſt.CVM ſit proprium diſciplinę
„ ab illicitis prohibere,et exceſſus culpas ſalubri
„ ter reſecare:ſtudioſe eius ſeruanda cenſura eſt.
„ nam ſi negligitur,cũcta in cõfuſione deueniũt;
„ dum alter deſtruit,quidquid ea cuſtodiendo al
„ ter ædificat.Valentinus itaque presbyter que
„ ſtus eſt nobis,quia ſi monachus monaſterij i-
„ pſius exigente culpa,fuerit communione priua
„ tus,ad loca ueſtra ſe conferat,et communionẽ
„ ſine aliqua reſeruatione percipiat.Quod ſi ita
„ ſe res habet,quoniam nõ ſolum regularis ordo
„ diſſoluitur,ſed etiam perditionis ex hoc mate
„ ria miniſtratur:qui ſub uobis ſunt presbyteris
„ diſtricte, ac ſollicitius interdicere uos neceſſe
„ eſt,ut hoc facere de cetero non præſumant.In
his verbis pro in confuſione;malo,in confuſionem;et pro ea cuſtodiendo, malo eam.

*Si forte iniuſte ſe,&c*)ſic etiã d.c.1.hæc etiã omittunt Raim.et Cõt.Sed ſi forte iniuſte ſe, etc.regiſt.ſe iniuſte,unus Tarr.

*queratur*)queritur,regiſt. et d.c.1.et tres Tarr.

*ſubtili indagatione cognoſce*)ſic etiam d.c.1.ſub tali pro ſubtili, unus Tarr.d.c.1.et hoc cap.Barcin.et alter Tarr. fraternitas ueſtra et ſubtili indagatione cognoſcat,regiſt.

*& ita*)ſic etiam d.c.1.cauſam,additur in regiſt.

*diſpone*)diſponat,regiſt.diſpone,d.c.1.

*ut nec diſciplinæ*) ſic d.c.1.ut nec iniuſtitia diu in inſontis afflictione præualeat,nec diſciplinæ, uetus regiſtri liber.uox IN omiſſa eſt in editis.

*frangi ualeat,nec diſſolui*)totidẽ uerbis d.c.1.aut frangi,aut ex indiſcreta ualeat præſumptione diſſolui,regiſt.plenius.

*& infra.Supraſcriptus presbyter etc.*)ſic etiam d.c. 1.H.presbyter,Raim.et Cõt.neutrũ ex fontib. hauſtum eſt,ſed ex lacunis.Quia pariter ſupraſcriptus presbyter,regiſt.uetus liber,Qui pro Quia, editus. Si presbyter præſcriptus, unus Tarr.nõ recte.Subſcriptus,alter d.c.1.mẽdoſe. nomẽ huic presbytero fuit Valentino,ut prius rettulimus.V.igitur pro H.ſcribendum in Gregoriana collectione.

*conqueſtus eſt*)ſic etiã d.c.1.et Raim.nobis queſtus eſt,regiſt.

*diaconum quendam duo mancipia &c.*)diaconem pro diaconũ, aliquot ueteres libri,et in ordine uerborum eſt uarietas alia permoleſta.diaconẽ quendam duo iuris ſui ſub hac condicione manumiſiſſe mancipia,regiſt.

*ſub hac*)ſic omnes,præter duos Tarr.d.c.1.qui habent.ſub ea,non male.

*debeãt fieri*)ſic d.c.1.vox debeãt in regiſt.nõ eſt, ſed pro ea poſtea eſt,debuiſſent.fierent, Raim.

*& in eo*) eodem,regiſt.tantum.

*fuerat,permanere*)ſic d.c.1.et in regiſt.fuerit,unus Tarr. permanerent,Raim.

*adiciẽs ut ſi quis*)ſic uet.reg.lib.et Raim.et d.c.1. adiciẽtẽ,editus reg.liber.ſiquis illorũ uet.Tarr.

*cõtra faceret*) cõtra facere pręſumpſiſſet,regiſt. ut editum eſt,d.c.1.et Raim.

*iterum ſeruituti ſubderetur*)ſic d.c.1.ſeruituti iterum ſubderetur,Raim.iugo iterum ſeruitutis per omnia ſubderetur,regiſt.

*ex his*) ſic d. c. 1. et Raim. ex eis, regiſt.et duo Tarr.et d.c.1. Barcin.et tres Tarr.

*hanc condicionem deſpexiſſe*)ſic d.c.1.hanc omnino etc.regiſt.hac condicione deſpecta, Raim.

*& monaſterium*)ſic d.c.1.vox et non eſt apud Raim.temerario auſu,additur in regiſtro.

*& ſe*)atq.ſe,regiſt.aptius.

*Tu ergo,ſi ita eſſe repereris*)ſic d.c.1.et Raim.excepto





pto veteri Raim.libro,in quo verbum eſſe deſideratur.Fraternitas veſtra et hoc ſubtili indagatione diſcutiat,et ſi ita repererit,regiſt.

*ſic te exhibe*)ſic dicto cap.1.et Raim.ſic ſacerdotali ſe zelo haç in re decenter exhibeat, regiſt.

*conſeruata nihilominus*)ſic d.c.1.nihilominus cõſeruata,reg.ſeruata pro cõſeruata,unus Tarr. omnia Raim.et Cont. omiſerunt.

*præteriri non ualeat*)ſic etiam d.c.1.non valeat præteriri,Raim. aliqua præteriri excuſatione non ualeat,regiſt.uox non in duobus Tarr.d. c.1.deſideratur.

*Cap.3.Alex.iij.&c.*)uide cap.2.de conſuetudine,in hac collectione.

*Cap.4.Vrbanus iij.*)ſic etiam Raim.et Cont.Idẽ Vrbanus M.Cenom.Epõ,in concil.d.parte 6. c.21.forte iij.pro M.ſcribendum,et Item pro Idẽ.uox Epõ in Suriana editione deſideratur.

*pars c.cum in Apoſtolica*) hæc omittunt Raim.et Cont. Integra clauſula exſtat in concil.et ſub titulo de ſponſalibus c.ult.in hac collectione.

*a nobis ſimiliter*) hæc Raim.et Cont.omittunt, ſunt in concil.

*mulierem conſenſit*) poſt hæc uerba ſcribe,ſi pater eius uidelicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellẽdus.ſic eſt in omnibus libris Tarr.ſi ad conſũmandum matrimonium ſit compellendus, cõcil.cetera eodem modo.confirmandũ pro conſummandum,Barcin.cetera,ut Tarr.vox uidelicet non eſt in Gregor.alia,ut Tarr.

*nihilominus*)non minus,concil.non recte. omittunt Raim.et Cont.in uno tamen ueteri eſt,t. reſp.quod taliter reſpondemus,interpretor.

*quod cum conſenſus*)ſic etiam Raim.quia cum aſſenſus,concil.

*qui in alieno*)voce in carent concilia,non carent libri Gregor.

*ac condicionem ipſam canonica non improbent inſtituta*)improbant,unus Tarr.ac cõdicioni ipſam canonica non improbant inſtituta,cõcil.quod non placet.ut editum eſt, Raim.

*quæ conſonet honeſtati*)conſonant,concil. omnia Raim.et Cont.omittunt.

*nam licet felicis memoriæ Alexander Papa anteceſſor noſter*)recordationis pro memoriæ,concil.et prædeceſſor pro anteceſſor.nam licet Alex.Papa,Raim.alijs omiſſis.quæ differentia ſit inter hæc nomina,deceſſor,prædeceſſor,et anteceſſor,docet Tancr.mihi nugas agere videtur.

*in ſuis videatur conſultationib.reſpondiſſe*) ſic in cõcil.reſponderit,Raim.et Cont.ſupra de ſponſal.et matr.de illis.arg.ſumpto a contrario ſenſu.Alan.

*contracta,condicione ipſa minime obſeruata*) vox condicione in uet. Tarr.non eſt,certa pro contracta,concil.non recte.contracta, ipſa non impleta,Raim.

*intercedat*)intercedit,unus Tarr.ſolus.

*non debent*)ſic etiam concil.et Raim.nõ debeãt, Barcin.et uetus Tarr.

*ſed firmiter obſeruari*)hęc in ueteri Greg.tantum non ſunt.

*cum huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus*)ſic etiam in cõcil.huius pro huiuſmodi,eſt in tribus Tarr.non pro nequaquam, in omnib.Gregor.cum huiuſmodi non ſit de pręſenti,uetus Gregor.alijs omiſſis.

*qui in alieno*)quod pro qui, concil.qui, Raim.

*conſiſtit*)ſic etiam Greg.9.conſiſtunt : aliam tamen non poteſt ducere vxorem,cõcil.quæ verba mihi alicuius ſcholij eſſe uidentur, et indigna Pontifice.

## TIT.VI.QVI CLERICI,

*uel uouentes (rei tamen trahere poſſunt)* ſcribe,matrimonium contrahere poſſunt,ut eſt in Barc. et Gregor.et in tribus Tarr.excepto uerbo poſſunt,pro quo in uno eorum eſt poſſint.

CAP.1. *Alexander iij.Remenſi Archiepõ*)ſic etiam Raim.et Cont.Cenomanenſi Epõ, in cõcil.parte 26.c.20.et 21.titulo de depoſitione clericorum,et de diſpenſatione circa eoſdẽ facta,ſed cap.12.partis 18.de clericis matrimonio copulatis,uel alijs fornicarias habentibus, Cantuar.Archiepõ,quamuis neutra inſcriptio in concil.certa ſit:et ſuſpicari poſſimus interijſſe inſcriptionẽ.confirmantur edita c.26.de decim.in hac collect.

*De diacono uero &c.*)Ante hæc uerba addi poſſet,Pars cap.Cum in Cantuarienſi,ex d.parte 18.c.10.ſiue Pars c.Tua nos duxit fraternitas, ut d.parte 26.c.20.Integra prior clauſula exſtat c.9.de cohabita.clericor.poſterior c.1.de clericis peregrinis,in hac collect.nec dubitari poteſt initium aliquod deſiderari.ueſtro pro uero, eſt in concil.d.c.21.omittitur ea vox d. cap.12.et a Raim.et Cont.

*quendam alium diaconum*)ſic in concil.utrubiq. diaconẽ,duo Tarr.alium diaconẽ,duo ueteres Gregor.alia voce omiſſa.diaconum, Cont.et alij.Hæc uox cum tota Græca ſit,et a Græcis ſine ulla uarietate ita dicatur,ut ſemper diaconum,et diaconos proferant;Latinis Chriſtianis placuit diaconẽ,et diacones dicere,et quod magis barbarum eſt,diaconib.pro diaconis:recto tamẽ caſu diaco nemo dixit,diaconus omnes. Hac uoce Plato uſus eſt tum alibi,tũ lib.2. de repub.cuius uerba etiam refert Calliſtrat.c.2. de nundinis lib.50.Digeſt.

*& mulierẽ uxoris nomine accepit*)ſic d.c.21.ſuſcepit,d.c.12.et uxorem accepit,Raim.

*hoc tuæ prudẽtiæ duximus reſpondendũ*) ſic in concil. Reſp. uetus Gregor. alijs omiſſis. hoc tuæ prud. reſp. alter uetus, et Cont. et alij.

*humiliato animo*) ſic d. c. 12. humiliato corde, unus Tarr. et Raim. et Cont. corde, et animo, d. capite 21.

*iſta, quam in uxorem accepit*) illa pro iſta, concil. illa, quam accepit uxorẽ, ueteres Greg. in uxorem, Cont. et alij.

*cum non poſſit &c.*) hæc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

*ipſum debes recipere, & abſoluere*) ipſum recipere potes, et abſoluere, d. c. 12. ipſum debes recipere, et, concil. d. c. 21. mendoſe. et abſolutione obtenta, Raim. et Cont. dedita opera viſus eſt Raim. difficultatem euaſiſſe illius quæſtionis, cur hic abſoluatur ab Ep̃o, qui diaconum uulnerauit. Citatur hoc loco antiqua collectio, ſiue decretalis a Bernardo in Gregorianæ collectionis gloſſis; quod nonnunquam idem facit; et hac noſtra editione ſatisfecimus curioſis, qui illa deſiderabant.

*noſcitur incurriſſe*) noſcitur meruiſſe, concil. d. c. 12.

*& iniuncta*) ſic in concil. iniunctaq. duo ueteres Gregor. iniuncta, Cont. et alij.

*poſt peractam &c. et diſpenſatiue ſi perfectæ*) poſt peractam etc. et etiam diſpenſatiue ſi perfectę, cõcil. poſt peractam etc. diſpẽſatiue, et ſi perfectę, duo Tarr. poſt eam peractam diſpenſatiue poteris ei diaconatus officium reddere, et ſi perfectæ, Raim.

*Subdiaconi autem ſiue hominem interfecerint*) Subdiaconum autem ſiue hominem interfecerit, Barcin. aptius, et duo Tarr. Subdiaconum autem ſiue homines interfecit, concil. d. c. 21. omnia deſiderantur dicto c. 12. Subdiaconem, tertius Tarr. et duo ueteres Gregor. cetera, ut Barcin. Hypodiaconum malo, quam Subdiaconũ, uel Subdiaconem, ut digamum potius, quã bigamum; ſed feramus duriora monſtra paſſi, ut treugas, et guerras, et feuda, et alia non pauca. Poſt huius capitis uerba additur in concil. d. c. 21. Parochianos autem tuos etc. ut cap. 26. de decimis, in hac collectione.

*Cap. 2. percepimus*) ſic duo ueteres Gregor. perpendimus, concil. parte 50. cap. 59. accepimus, Cont. et alij.

*quod lator*) ſic etiam Raim. quod F. lator, concil. plenius.

*in coniugem*) in coniugium, tres Tarr. et concil. et Raim.

*Vnde tu &c.*) quem eandem abiurare feciſti, uetus Gregor. quam eidem abiurare feciſti, alter uetus, quam eundem abiurare feciſti, Cont. et alij. ut editum eſt, concil.

*ipſum eandem*) ſic etiam concil. ipſam eandem, Barcin.

*ſuper quo facto*) ſic etiam in conci. tuo, additur in Barcin. vox facto a Raim. eſt omiſſa.

*prudentiam tuam*) fraternitatem tuam, uet. Gregor. ſolus.

*per præſentia tibi ſcripta mandantes, quatenus*) per præſentium ſcripta tibi mand. quat. concil. tibi reſpondemus, quod, uetus Gregor. mandantes, quatenus, alter, et Cont. et alij ceteris omiſſis.

*ſi ad canonicum, uel monaſticum ordinem*) ſic etiã in concil. ſi ad ordinem, ueteres Tarr. alijs omiſſis. ſi ad monaſticum ordinem, Cont. et alij. canonicam forte pro canonicum, ſcribendũ: ſed nihil muto.

*poſt ſeptennem pænitentiam &c.*) hæc omittunt Raim. et Cont. grauia enim fortaſſe uiſa ſunt.

*idoneum*) hæc uox in ueteri Tarr. non eſt, neque in Gregor. eſt in concilijs.

*ſe conferre*) ſic duo ueteres Gregor. ſe transferre, concil. et unus Tarr. et Cont. et alij. trãſire, Barcin. ſe omiſſo, quod placet.

*eum in ſubdiaconatu*) ſcribe, eum neq. in ſubdiaconatu, ut eſt in duobus Tarr. et in concil. et in Gregor. ſubdiaconatum, eſt in Barcin. et in tertio Tarr. quod reiicio: in eiſdem tamen neq. eſt.

*In minoribus tamen*) autem pro tamen, uetus Gregor. ſolus.

*poterit*) poſſit Barcin. tantum.

*Cap. 3. Exon Ep̃o*) Exonien. Ep̃o, concil. d. parte 18. c. 13. quem locum in marg. addere obliti ſumus.

*exiſtentes, uel commorantes*) exiſtentes, uet. Tarr. alijs omiſſis. commorantes, concil. alijs itidem omiſſis.

*præſumpſerunt*) ſic in concil. pręſumpſerint, uetus Tarr.

*f. s. per A ſ. pr. a. qua.*) m. pro a. ſcribendum, ut eſt in duobus Tarr. mandamus, in tertio. fraternitati tuæ etc. quatenus, concil.

*deſererint*) dimiſerint, Barc. aptius, et tres Tarr. et concil. deſeruerint, uel deſerent, non improbo.

*inquiras*) ſic concil. inquiratis, Barcin. et olim unus Tarr.

*dicuntur eſſe*) eſſe dicuntur, concil. vox eſſe in uno Tarr. non eſt, in altero nutat: hoc eſt, olim deſiderabatur.

*tu ipſos*) tu ipſas, Barcin. ſolus.

*creduntur*) credantur, concil.

*tu id diſſimulare poteris*) ob hæc uerba credo Raimund. non habuiſſe huius capitis rationem; cuius iudicium laudo.

*perſonatum gerunt*) gerant, unus Tarr. perſonas gerunt,



gerunt, concil. quod nondum probaui.

*Cap. 4. Lemouicen.*) Lemon. uetus Tarr. Lemoicen. duo alij. Lemonicẽſibus, quartus. Lincolnien. vel Lemonicen. concil. d. parte 18. c. 14. quod etiam in marg. ſcribendum erat.

*Herbertus præſentium lator*) H. vetus Tarr. lator præſentium H. concil.

*nimis enormiter, et inordinate ſe ingeſſerat*) minus pro nimis, concil. non recte, ſed in marg. forte nimis. Ex his uerbis, et alijs Hug. vetus interpres, ut Alanus refert, exiſtimat characterẽ nõ fuiſſe impreſſum. at P. Hiſpanus, cuius etiam ſcholia, ut arbitror, ſunt P. littera ſubſcripta, et alibi Pet. Corbolienſis dicitur; hic inquam, Alano teſte, ait, a fidei certę uiro accepiſſe, hãc epiſt. de Pontificis ſcientia non emanaſſe; ipſe Alanus exiſtimat Papam diſpenſaſſe, quia id facere potuiſſet.

*et nõ potuiſſet*) nec potuiſſet, cõcil. vox et in trib. Tarr. deſideratur, ſed in uno eorum, et cum, poſtea ſcriptum eſt.

*ſicut non debuerat*) nec pro non, concil. et duo Tarr.

*Cap.2.Alex.iij Caſſinen.Abbati*) Caſin. Abbati, vetus Gregor.Caſsi.alter vetus. Caſsin. vnus Tarr.olim Caſſain.Caſſ.alter Tarr.Idem Caſſinien.Abbati,concil.parte 6.c.32. ſed vox Idẽ refertur illic ad Innoc.iij.vel potius ij. Caſsien. Abbati,Cont.et alij.
*Ex litteris tuis ad nos directis*) ſic etiam cõcil. vox tuis nõ eſt in vno Tarr.trib.poſteriorib. verbis carent Raim.et Cont.
*inductam mulierem*) mulierem viduam, concil. quandam viduam,Raim.
*et cognoſcens carnaliter etc.*) ſic etiam in concil. et carnaliter cognouiſſet,et infra.Raim.addit autem Cont.alia ab eodem R.omiſſa.initio tamen non recte ſcribit,et cohabitaſſet.
*Mundualdus virum mulieris traxit in cauſam*) ſic etiam concil. Mundualdum,Cont.non recte.Mundoaldus,tres Tarr.nomen officij eſt in Apulia,R.ſiue,vt interpretor, Ricardus natione Anglus.in alio veteri ſcholio eſt.ideſt procurator,ſecundum qnoddam idioma. Sic poſtea cum procurator idem dicatur in hoc reſcripto,Alanus addidit, improprie procurator

Mun-



Mundualdus dicitur,qui non habebat a muliere mandatum.Ego ordinem verborum muto. Mundualdus mulieris virũ traxit in cauſam. De Mundualdo vide leges Longobardorum lib.2. tit.10.qualiter mulieri liberæ alienare permiſſum eſt,et tit.11.qualiter Mundualdus amittat mundium.non procuratorem interpretor, ſed magis tutorem,ſiue curatorem.vt apud veteres Romanos mulieres erant in perpetua propinquorum tutela.
*illam in poteſtate ſua poſitam*) vox ſua non ad virum,ſed ad Mundualdũ refertur. obſcure hoc Laurentius ſignificat his verbis. Aliter accipitur poteſtas inſt.de tutelis.in prin.et ſic ſoluitur illud contrar.Laur.
*iuramento firmarunt*) ſic in concil.quaſi iuramẽto firmauerunt,Cont.non optime.
*quod ab initio alter*) ab anno,pro ab initio, concil.et duo Tarr.ab anno et plus, Barcin. quod ab anno alter,et plus,Cont.
*maritalem conſenſerunt*) conſenſerat, concil. et Barcin.et duo Tarr.ſed in altero eorum, conſenſerant, olim fuerat. quæ vox eſt in tertio Tarr.conſenſerat maritalem,Cont.
*inſimul cohabitarent*) ſimul cohabitarunt, concil.inſimul cohabitent, vnus Tarr. habitarent inſimul,Cont.
*nec iuramento mulieris fidem procurator habuerit*) nec iuramento fidem mulieris procurator habuit,concil.et duo Tarrac. habuerit, duo item Tarr.cetera,vt concil.nec iuramẽto, nec fidem mulieris procurator habuit, Cont. non ſine mendo.
*exegit eam*) ſic in concil. exigit, tres Tarrac. et Cont.
*quod cum vir facere*) publice facere, concil. plenius.(quod) tandem cum vir, Cont. Tandem cum vir,Raim.
*in conſpectu eccleſiæ*) ſic in concil.eam in cõſpectu eccleſiæ ſubarrare,Raim.
*præfatæ mulieri coniuges*) cõiugem,Barcin.et duo Tarr.mulieris pro mulieri, concil. et tres Tarr. multa Raim.et Cont.omittunt.
*in quinto gradu*) vel ſexto,additur in concil.
*et primo genere affinitatis*) hæc in vno tantũ Tar. addita ſunt,in alijs tribus nulla ſunt, neq. in concil.neq. in Barcin.ſcilicet pro et, Tancred. qui notat in quibuſdam libris hæc addi, ſed gloſſam eſſe ſuperiorum verborum: ſic enim loquitur. Veterib. autem gloſſæ ſunt obſcura verba,quæ interpretatione indigent: hodie ita ſcholia dicimus improprie,vt Tancr.et ceteri.
*quia pater illius*) iſtius,tres Tarr.eius,cõcil.quod iſte,Raim.et Cont.
*in quarto gradu conſanguinitatis attigerit*) ſic in concil.attingit,Raim.in omiſſo. mutat autem perſonas,quod enim Alex.de patre,hæc de filio dicit.
*vidiſſe iurauit*) audiuiſſe malo,quam vidiſſe, vt eſt in trib.Tarr.et in concil.et in Gregor. vno veteri excepto,in quo eſt audiſſe.
*alius autem noluit id iuramento firmare*) vox autẽ omiſſa eſt a Raim.alius autem id iurare voluit, concil.mendoſe pro noluit.
*et ob hoc etc.*) ſic in concil.eadem verba ſunt in Contiano libro,in quo adduntur a Raim.prętermiſſa.
*præfatam mulierem*) ſic etiam Cont.viduam pro mulierem,concil.
*Proceſſu vero*) vox vero non eſt in vet.Tar.ſolo.
*Mundualdi*) ſic in concil.Mundoaldi,tres Tar. Medualdi,Cont.non recte.
*præfatus publice*) præfatus vir publice, concil. et Cont.aptius.
*fere cum vxore per annum*) cum vxore,in vet.Tar. deſiderantur.fere per annum cum vxore,concil.et Cont.et duo Tarr.non male.
*et iurarunt duo*) et iurauerunt duo, concil. et Raim.viri,additur in duob.Tarr.
*coram Archipresbytero plebario*) corã Archiepõ plebano,concil.mẽdoſe.Plamboriæ, vetus Tar. pro plebario.Plambariolis,duo Tarr.in quorũ altero presbytero eſt pro Archipresbytero. Plubacenſi,vetus Gregor.Plumbarolę,alter vetus,et Cont.et alij.forte Palumbariæ,ſiue Palumbarolę ſcribendum.
*vt dicis*) velut dicis,concil.vt dicunt,vnus Tarr. omittunt omnia Raim.et Cont.
*in quinto gradu conſanguinitatis patri præſentis viri*) viri pręſentis,concil.patris pro patri,duo Tarr. ſuperſtiti quinto conſanguinitatis gradu coniunctus,Raim.
*Unde quia etc.*) hęc ſunt in concil.omittuntur a Raim.et Contio.
*ſentiunt*) ſic in concil.faciunt,vetus Tarr.
*noſtris litteris quæris*) meis quęris litteris, concil. non optime.
*d.t.per A.ſ.pr.*) dis.tuæ,pro d.t.duo Tarr. vox pr.in trib.deſideratur.omnib.carent Gregor. diſcretioni tuę per A.ſ.concil.voce pr. omiſſa.
*ante tuam præſentiam*) ſic concil.et Raim.ante te, duo Tarr.
*et faciens*) et facias,concil.et Raim.
*adhuc inquiras*) ad hoc pro adhuc,duo Tarr. ad hæc,tertius,et Cont.et adhuc,concil. recte autem Cont.addit a Raim.omiſſa.
*a quibus*) ſic in concil.et in quibus, addit Cont. me parum probante.
*non eſt iam dictum*) ſic etiam in concil.non eſt ad eorum dicta iam dictum,Cont.plenius.

 ſimi-

*ſimiliter*)hæc vox in uno tantum Tarr. deſidera
tur.

*& omni exceptione maiores inueneris*)ſic in concil.
vox et non eſt in Gregor. inueneris meliores,
vetus Tarraconenſis, quod nondum proba-
ui.

*patrem ſuperſtitis*)ſic in concil.ſuperſtitem, Rai-
mund.et Cont. viri, addit vetus Tarraconen-
ſis.

*in quinto, uel ſexto gradu conſanguinitatis attigerit*)
vox in omittitur a ueteri Tarr.uox conſangui-
nitatis a concilijs.quarto gradu conſanguinita
tis attingit,Raim.

*ut a proprijs*)ac proprijs,concil.et proprijs, duo
ueteres Gregor.ut pro et, Cont.et alij, et unus
Tarraconenſis. uel proprijs,alter Tarraconen-
ſis.

*uſque ad ſeptimum gradum*)ſextum,concil.omit-
tunt omnia Raim. et Contius. Ante conſtitutio
nem generalis concilij ſub Innocen.iij. hæc ſe-
ptimi gradus prohibitio obtinuerat.ſed an gra-
dus acceperint, ut iuris conſulti ſub titulo de
gradibus,an ut Alex.ij.cap.2.apud Grat.35.q.
5.quærendũ. Huius collectionis tempore certũ
eſt Alexandrinam conſtitutionem fuiſſe rece-
ptam.

*prudentiam tuam uolumus non latere*) ſic multi
Gregor.et Cont.te volumus non latere, uetus
Raimun.liber .prud.tuam nolumus latere,con
cil.

*quod perſonæ &c.*)hæc ſunt in concil.omiſſa ſunt
a Raim.et Contio. Hac de re actum eſt diligen-
ter ab Innocen.iij.cap.52.cõcilij generalis.et ex
ſtat in 4.collect.cap.6.hoc titulo.

*ſuper his nequaquam ignorent*)ſic etiam in concil.
non ignorent,Raimundus,et Cont.alijs omiſ-
ſis.

## TIT. XV. DE SOBO-
le ſuſcepta ex ſecundis nuptijs.

CAP.1.*Canonicis Mutin.*)Mi.uetus Tarraco
nenſis.

*ex parte veſtra requiſiuit*) quæſiuit,tres Tarraco-
nen.

*prioris uiri in præſcripto*) vox uiri deſideratur in
duobus Tarr.et in eorũ altero eſt ſcripto pro præ
ſcripto.ego nihil muto.Cur hac de re nihil Greg.
9.retulerit,apparet ex conſtit.concilij generalis
ſub Innoc.3. cuius initium eſt, Non de-
bet.

*Cap.2.Verulan.Epo*)Murelan.Epo,uetus Tarra-
conen.

*de Tracterio*)de Caſſio,Barcin.

*carnaliter cognouit*)vox carnaliter in uno Tarr.
non eſt.

*nos mandaſſe*)nos mandare,uetus Tarraconen-
ſis.

*ut id*)ut idem,Barcin.

*prohiberes*) prohibeas, uetus Tarraconen-
ſis.

*Sane ſcire uolumus &c.*)hæc ad titulum de teſti-
bus, ſiue ad titulum de conſanguinitate perti-
nent. Prior pars hoc tempore nullam pateretur
quæſtionem, nec id matrimonium impedire-
tur.

*ſed in parentela,et matrimonio teſtimonium ſufficit
ex auditu*)alius caſus eſt de confeſſione ſolutę pe
cuniæ, ut 3.q.9.par. de his.quartus in memoria
facti operis. Dig.de probat.ſi arbiter. de aqua
plu. arcen. in ſumma.p. antep. quintus caſus,
Cod.de teſtam.hac cõſultiſſima.1.reſp.Vincen.

## TIT. XVI. DE FRIGI-
*dis,et maleficijs*) maleficiatis, Raim. maleficia.
unus Tarr.

*et impotentia coëundi*)hæc in vno Tarr.et in vete
ri Gregor.deſiderabantur.habent alij veteres,et
recentes.

CAP.1.*In B.lib.xix.*)In Brocardo,tres Tarr.
et vetus Greg.in quo cetera deſiderantur.In
B.xx.alter vetus.ex Brocardico lib.xiiij.Cont.
alias x.in marg.xviij.alij editi, et unus Tarrac.
In Brocardi lib.xiiij.Barcin.Exſtat Burchardi
Vormacienſis Epi decretorum liber,in quo li-
bro xix.agitur de pœnitentijs.illic uerba huius
capitis exſtant. Alanus huic capiti quaſi ſine no
mine auctoris fidem abrogat. Sed Burch. ait ſe
ea, quæ dixit, ſumpſiſſe ex veterum libris,his
verbis in calce capitis octaui. Hæc omnia de
canonibus,et de ſanctorum patrum ſententijs,
et de Hieronymo, Auguſtino, Gregorio, Theo
doro,Beda,et ex pœnitentiali Romano,uera col
legimus.forte iura,uel uerba pro uoce vera ſcri
bendum.





*Accepiſti mulierem &c.*) In mendoſum librum
incidit Contius,cum ait,ex 1.comp.tit.de ſobo
le ſuſcepta ex 2.nuptijs.ſuſpicor titulum, ſiue
rubricam de frigidis etc. in eo libro ſcribi c.2.
magno librarij flagitio.

*& per aliquod tempus habuiſti*)ſic etiam Raim. et
habuiſti eam aliquod tempus,Burch.

*per menſem,aut per tres, aut poſtremo per annum*)
vox per non eſt apud Burch.et in libris Tarr.nu
tat.eſt enim in aliquibus libris,et in eiſdem adie
cta nonnumquam veteri ſcripturæ.uel tres, eſt
in uno Tarr.vox poſtremo non eſt in Barcin.ne
que in Gregor.cetera,ut edita ſunt.

*nunc primum*)et nũc primum,Raim.et tunc pri-
mum,Burch.

*frigidæ naturæ*)frigidum natura,vetus olim Gre-
gor.ſolus non male.

*ita ut*)ita quod,uetus Greg.tãtum.vox ita in ve-
teri Burch.libro non eſt.

*coire cum illa*) ea,Burch.et uetus Gregor.cum ea
coire,uetus Tarr.ut editum eſt,alter uetus Gre-
gor.et Cont.et alij.

*eadem affirmat*)voce eadem caret uetus Gregor.
ſolus.

*ſi probari poteſt per uerum iudicium*) et ſi probari
poteſt per rectum iudicium,Burchar.et probari
per uerum iudicium poteſt, duo ueteres Gre-
gor.et probari poteſt etc.Cont.et alij. ſi poteſt
probare,quod uerum ſit,per iuſtum iudicium,
Gregor. apud Grat.33.q.1.c.1.et 27.q.2.c.28.et
Iuo. lib.6.tit.10.c.4. Panor.et parte 8.c. 178.de
creti,et Burch.lib.9.cap.4.et Anſel.lib.10.cap.
24.

*ut dicitis,ſeparari poteſtis*)ut dicis, ſeparari potes,
Barcin.ſolus.

*reus periurij*)qui iurauerint,periurij crimine rei
teneantur,Gregor.apud Grat.33.q.1.cap.2.et I-
uon. parte 8.c.182.decreti, et Burch.lib.9.c.44.
et Anſel. lib.10.c.23. iurauerant pro iurauerint,
eſt in ueteri Grat.libro. Greg.2.dicitur ab Iuo-
ne lib.6.tit.10.c.5.Panor.

*reparare debetis*)ſic etiam duo veteres Gregor.de
bes,uetus Tarr.debebis, Cõt.et alij.renouare de
betis, Burch.

*aut ad eius miſſum*)ſic Burch. vox ad non eſt in
uno Tarr.neque in Gregor.cõmiſſum pro voce
miſſum, uetus olim Gregor.neutra vox placet,
ſed vicarium mallem.ſed uide cap.4.de regula-
ribus in hac collect.

*ſe proclamauerit,& dicet*) dicit,Burch.et duo Tar
rac.reclamauerit dicens,uetus Gregor. procla-
mauerit dicens,alter vetus,et Cont.et alij.

*& negat &c.*)hæc omittunt Raim. et Cont.ha-
bet Burchar. et certe ſuperuacanea ſunt, ut a-
lia non pauca,ſumpta ex imperitorum ſermoni
bus.

*tu autem affirmas,quod vxor tua ſit*)ſic etiam Bur-
char. tu autem in contrarium affirmas, uetus
Gregor.vox in non eſt in altero ueteri,neque in
alijs editis. Recte mutauit Raim. dubia Burch.
verba.

*quod caput es mulieris*)ſic etiam Raim. mulieris
es,Burch.quia vir caput eſt mulieris, ex conci-
lio apud Compendiũ cap.20. Burch.lib.9.cap.
42.Iuo parte 8.cap.180.decreti, et cap.8.dicti
tit.10.Panor.et Grat.33.q.1.cap.3.ſumũtur autẽ
eadem uerba ex epiſt.1.Pauli ad Corinthios ca
pite 11. quo etiam capite dicitur vxorem uiri
gloriam eſſe.ſimilis ratio eſſet, ſi diceremus ab
eodem Apoſtolo dictum eſſe,uxores viris ſub-
ditas eſſe oportere,ut dicitur in epiſt.ad Ephe-
ſios cap.5.et ad Coloſſen.c.3.et in epiſtola 1. Pe
tri Apoſtoli cap.3.ſed hæc negat ſe uxorem eſ
ſe,quæ ſpadoni nupta ſit.

*ſi ſe proclamare uoluerit*) voluerat, Burch.vox ſe
non eſt in Gregor.neq.in duobus Tarr.voluit,
eſt in uno veteri Gregor. et in multis editis,et
in tribus Tarraconen. uoluerit, in altero ue-
teri Greg.

*cito,et in paruo*) ſic Burch. cito enim, et paruo,
vetus Greg.in paruo,alter uetus, et Contius.et
alij.

*ſcire mulier poterit*) potuit,tres Tarr. et Burch,
ſcire potuit,Raim.

*Si autem ſtatim*)vox ſtatim in uno Greg.deſide-
ratur. Si autem ſe ſtatim,Burch.

*aut poſtremum ſi poſt duos*) voce ſi caret Burch.ſe
pro ſi,eſt in tribus Tarr.ſed in uno eorũ deletũ
eſt.aut duos,Raim. et Cont.alijs omiſſis.poſtre
mo pro poſtremũ, Barcin. poſt vocẽ duos ad-
dit Burch. ſe,non recte,cum eadem vox eſſet
prius ſcripta ante vocem ſtatim.

*aut ad eius miſſum*)uel pro aut, Burch. aut eius
miſſum,Raim. editis verbis addit ſe uetus Tar
rac.non recte.

*dicens volo eſſe matrem*)ſcribe mater,ut eſt in tri-
bus Tarr.et in Barcin.et in Greg.in uno tamen
veteri Greg. vox dicens non eſt. dicens, uolo
mater eſſe,Burch.ſumuntur hæc ex verbis Gre
gorij apud Burch. Iuonem,Anſel.et Grat. d.c.
2.cau. 33. q.1. Quod ſi mulier cauſatur, et dicit,
Volo eſſe mater,et filios procreare.

*ſed uir quem accepi*)ſed quia uir etc.Burch.et Bar
cin.et unus Tarr.quia pro ſed,alter Tarr.ſed i-
dem vir,tertius.omnib.caret vetus Greg.ut edi
tum eſt,alter uetus,et Cont.et alij editi.

*Si probari poteſt etc.*)de his verbis ſupra dictũ eſt. eadem habent Burch. et Raim.

*ſi uult,nubat in domino*) nubat tantum in domino,uetus Greg.ſolus.nubat in domino,ſi uult, Burch.cui uult nubat,tantum in domino:verba ſunt Pauli Apoſtoli epiſt.1.ad Corinthios cap. 7.refert Grat.33.q.2.in prin.

*Cap.2.Alex.iij.Adranenſi* Ep̃o)Adrenenſi,Barcin.Aderen.uetus Tarr.Adæ Remenſi,duo alij Tarr.Idem Andren. Ep̃o,concil. refertur autem vox Idem ad Vrbanum,ut opinor , tertiũ.

*pars c. Conſuluit*) hæc in concil.non ſunt.Integra clauſula exſtat ſub titulo de iure patronatus cap.18.in hac collectione Andrenſi Ep̃o inſcripto.uide etiam in concil.parte 15.c.15.

*qui cum procreare velit*)uellet,concil.et unus Tarrac.qui procreare nolit,alter Tarracon.non recte.

*diuerſa ſunt*)ſic in concil.ſint,unus Tarr.

*et diuerſæ ſententiæ*)vox et non eſt in cõciliјs.Cardinalis dixit,et male,quod nec naturalis frigiditas matrimonium impedit.Lauren. huius Cardinalis opinio in ſcholijs ueterib.Grat. notatur, in editis mentio fit 33.q.1.in fine . nomẽ huius Cardinalis adhuc quærimus.

*ipſam habeat ſicut ſororem*)ſic etiã in concil.ipſam ſicut ſororem habeat,unus Tarr.Iſte uero ſi nõ poteſt ea uti pro uxore,habeat eam quaſi ſororem,Gregor.apud Burch. lib.9.c.44.Iuon. parte 8 .c. 182.decreti,et li.6.tit.10.c.5.Panor.Anſel.li.10.c.23.et Grat.33.q.1.c.2.autem pro uero, habet ſolus Anſel.uxorem pro ſororem,Panor.mendoſe;voce eam ſolus Grat.utitur.

*Cap.3.Abianen.Ep̃o*)Ambienſi Ep̃o,ex lib.12.regiſtri,concil.parte 50.c.28.priori editione. Ambien.uetus Greg.Ambianen.Cont.et alij,quod malo.Sic eſt in Suriana concil.editione.

*Quod ſedem Apoſtolicam &c.*)recte Cont.addit a Raim.prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. Eiſdem fere verbis utitur Innocen.3.cap.4.de officio iudicis ordinarij in 3.collect.eaq.addidit Cont.cap.10.eius tit.in Gregoriana.Integra Innocentij epiſt.exſtat lib.2.regiſtri epiſt.73.et iterum epiſt.267.

*conſulis*)ſic etiam concil.et d.c.4.et regiſt. cõſuluiſti, Barcin.et Cont.hic. ſed d.c.10.ut editum eſt.

*non parum commendanda uidetur*)ſic etiam concil.et Cont.uidetur merito commendanda,Inno.d.ep.73.et 3.collect.merito uidetur commẽdanda,d.epiſt.267.et Cont.d.c.10.

*nupſit ignorans*)ſic etiam in concil.nupſerit aſſerens,Barcin.et Cont.

*propter utriuſq.*) ſic in concil.ob utriuſq.Contius.

*eſſent abſciſſa*)ſic concil.abſciſſa fuiſſent, Cont.

*nec ab eo*)ſic in concil.necdum ab eo,Cont.

*reddidit*)ſic Cont.dedit,concil.

*ad domum paternam reuerſa ſicut iuuenis*) ſic in cõcil.ad domũ patris reuerſa, ſicut aſſeris,iuuenis, Cont.

*coniugali affectu*) foedere, concil.ut editum eſt, Cont.

*Verum licet*)ſic in concil.Vnde licet,Cont.

*non conſueuerit*)non conſueuerat,uetus Tarr.ſolus.

*propter naturalem frigiditatem*) ſic etiam concil. propter talem infirmitatem,Cont.

*nec propter alia*)aut pro neç, concil.uel , Contius.

*conſuetudo generalis*)vox generalis non eſt in cõcil.eſt apud Cont.

*matrimonium diſſoluatur*) ſic etiam Cont.matrimonia diſſoluantur,concil.

*ſi ſecundum illam*)ſic etiam concil.eandem pro illam,Barcin.et Cont.

*ſicut enim puer,quia*) qui,cõcil.et Cõt.Sicut puer qui,Raim.

*ſic quoque qui impotentes ſunt*)ſic etiam in concil. ſic quoq.impotentes,Barcin.alijs omiſſis.ſic impotentes ſunt, vetus Gregor.ſic qui impotentes,alter vetus.ſic qui impotentes ſunt,Cont.et alij.

*minime apti*)non apti,Barcin.ſolus.

*reputantur*) reputandi , uetus Gregor. tantum.

Poſt verba huius capitis ſequitur in concil . Idem eidem in eadem epiſtola.Sane de canonico etc. ut cap.7.de regularibus in hac collect.cuius inſcriptio mendoſa eſt.Idem Abiatino Epiſcopo.

*Cap.4.O.Verulano Epiſcopo*) electo pro Ep̃o, Barcin.et tres Tarrac. O. in uno eorum trium deſideratur.

*Litteras tuas recepimus*)accepimus,duo Tarraconen.

*in eodem lecto*)loco pro lecto,unus Tarr.

*maleficio ſuo*)vox ſuo ambigua eſt,et ad mulierem aptius refertur, quam ad virum:ſed malo eam tollere.

*impeditus,quod*)impeditus ita,quod,uetus Tarrac.

*multa uerba*)verbera,malim,preſertim ſi maleficij cauſa fuit.

*tibi conſtitit*)cõſtiterit,unus Tarr.quod nõ æque placet.

*propter quæ*) quod pro quæ , duo Tarraconenſes.

*homicidij reatum*)homicidium,unus Tarr.

*nos conſulere*)vox nos in uet.Tarr.non eſt.

TIT.



# TIT.XVII.DE MATRI

*monio contra interdictum eccleſiæ celebrato*)contracto,Barcin.et duo Tarr.et vetus Gregor.omittitur in tertio Tarr.vox celebrato. De matrimonio cõtracto contra interdictum eccleſiæ,Cont. et alij non optime.

CAP.1.*Cæleſtinus Papa Florentinæ eccleſiæ*)ſic etiam Grat. ſiue Palea 35.q.6.c.2.Cæleſt.Papa Florent.Ep̃o,uetus Greg.Cęl.iij.Flor . Ep̃o, alter uetus.Clemens iij.Papa Florentino Ep̃o Cont.et alij.Cæleſtinus,in marg.Cont. ego Cęleſtini ſecũdi eſſe hoc caput ſuſpicor.nam neq. in volumine Gratiani,neq.in prima collectione ullum reſcriptum exſtat Cæleſtini tertij.Siquis Cæleſtini primi eſſe dixerit , pæne contumelia adfecerit ſanctiſſimum virum.

*Videtur nobis,quod ſecunda &c.*)Recte Cont.addit,quæ omiſſa fuerunt a Raim.leguntur eadem apud Grat.ſiue Paleam.

*& ſi primam*)etiam ſi primam,Palea,et Cont.et tres Tarr.

*& ordinem*)et ordinationem,vnus ex veteribus Grat.libris tantum.

*tamquam inordinatum*) hæc Palea omiſit,habet Contius.

*tam diuinæ,quam humanæ legis auctoritas proclamat.*)ſic etiam Cont.tam diuinę legis,quam humanæ auctoritas proclamat,uetus Tarr.tam humanæ,quam diuinę legis proclamat auctoritas, Palea editus.ſed in trib.ueterib.eſt,tam diuinæ, quam humanę legis etc.

*ea,quam*)eam,quam,uetus Tarr.ſolus.

*vxor non eſt,eam cogendus eſt recipere*)ſic etiã Palea, mendoſe Contius:vxor,non eſt cogendus eam recipere.

*conſeruetur*) ſic etiam Cont.ſeruetur,Palea.

*& educetur*)hæc in vet.Tarr.ſolo non ſunt.

*occaſionem peierandi*) ſic etiam Cont.peccandi, Palea.

*& alios decipiendi*)ſic etiam Palea.alias pro alios, Cont.non inepte.

*Quod autem parentes*)ſic etiam Palea,Quia parẽtes,vetus Greg.Quod parentes, alter vetus, et Cont.et alij.

*in teſtificatione filij vel filiæ*)in teſtificationem,tres Tarr.ac Palea.et pro uel,Palea.in teſtificatione ſuorum,Raim.aptius.deſiderari enim aliæ perſonæ videbantur.

*quam legib. approbatur*)ſic etiam Raim.ſimiliter, additur in Barcin.et in duob. Tarr.ante uerbũ approbatur.ſed in altero Tarr.ea vox deleta eſt. legibus approbata,Palea,voce quam omiſſa.

*et tam diuinis,quam humanis legib.ſimiliter approbatur*)confirmatur pro approbatur,eſt in trib. Tarr.et in duob.ex his vox ſimiliter omittitur. in tertio vtriuſq. verbi , ſimiliter approbatur, veſtigia exſtant. omnia verba in Barcin. et in Gregorianis omiſſa ſunt.quam diuinis , et humanis legib.approbatur,Palea.

*In dirimendo enim matrimonio*)vox enim nõ eſt in Barcin.omnia omittunt Raim.et Cont.autẽ pro enim,Palea,cetera,vt edidimus.

*ideo maxime parentes recipiuntur*) ſic etiam Palea.ideo maxime, Barcin. omittit. Ideo enim maxime parentes,Raim.

*ſiue ſi defuerint*)ſic Palea.ſi vero defuerint, Barcin.ſi deſtiterint,vetus Greg.et ſi defuerint,alter vetus,et Cont.et alij.

*tum teſtibus*)ſic etiam tres veteres Grat.libri , et vetus Gregor.cum pro tum,Palea editus,et vetus Tarr.et alter vetus Raim.liber, et Cont. et alij editi.

*tum etiam exercitatione*) ſcribendum ex recitatione,vt eſt in Gregor.et in Barcin. et in vno Tarr.in quo olim fuerat,vt editum eſt.vox etiã in veteri Greg.non erat,cum exercitatione , et recitatione,Palea mẽdoſe,etiam in Antonianis libris,hoc eſt Ant.De mocharis,et Ant. Cõtij. ſed in trib.veterib.meis eſt,tum ex recitatione.

*ſcire laborat*)ſcire laboraret ,vetus Tarr. ſolus, et ſine riuali.

*quia igitur alij melius ſciunt &c.*)hæc omittunt Raim.et Cont.vſq.ad illa,qui enim melius.ſunt in Gratiani libris.et quia melius, quã alij ſciunt ideo,etc.Barcin.

*ſimiliter recipiuntur in teſtificatione*)ſimiliter etiam recipiuntur,et in teſtificationem, Grat. editus, ſiue Palea.ſed in veteribus eſt,teſtificatione.

*matrimonij gratia*)Palea voce gratia caret.

*ita vt ſi non interſint*)ſic etiam Palea.et pro vt,vetus Tar.non optime.interfuerint pro interſint, Raim.

*in criminalibus*)cauſis,addunt tres Tarr.et Raim. et Palea.

*in matrimonio vero contrahendo*) voce vero Palea caret.coniungendo pro cõtrahendo, Raim. cetera,vt edita ſunt.

*ipſius coniugij*)ſic etiam Palea.et,ante hæc verba addit vnus Tarr.ex,alter aptius,et Raim.

*et quia*)ſic etiam multi Gregor.quia et,Palea editus nuper. quia, editio vetus ,et vnus ex veterib. Raim. libris. vt edidimus, tres veteres Grat.libri.

*congrue recipiuntur*)ſic etiam Palea.congrue admittuntur,Raim.et Cont.

*Cap.2.Paduano Ep̃o*)ſic vetus Gregor.Pad.Ep̃o, alter vetus.Paduen.Cont.et alij non recte.

*quod*

*quod cum quidam*)ſic etiam Raim. vox cum in trib. Tarr. non eſt.

*iam nubilem*)vox iam in vno Tarr. omittitur.

*a viri ſui*)a proprio viri ſui, Barcin. et tres Tarr. et Raim.

*ſe deſponſari permiſit*)promiſit, vetus Gregor. ſolus, non optime. deſponſare pro deſponſari, tres Tarr. quod non placet.

*Cumq. fraternitas tua ei prohibuiſſet* ) Cumq. ei prohibuiſſes, Raim. et Cont.

*non formidauit*) non expauit, Raim. ſine vllo magno lucro mutauit.

*vtrumq. ante te conuocaſſes, et*)hæc omittũt Raim. et Cont.

*domum matris*)ſic etiam Raim. patris, vetus Tar. et id olim in altero fuerat Tarr. ſed poſtea ſine vlla varietate eſt in omnib. lib. ad domum matris, et in domo materna, et in Barcin. additur vox ſuæ poſt matris vocem.

*ipſi ad noſtram audientiam appellauerunt*)ipſa noſtram audientiam appellauit, Raim.

*Verum quoniam &c.*) Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. Vnde pro Verum, tres Tarr. quæ varietas frequens eſt in his collectionib.

*enormitates eorum* )aliorum, tres Tarr. et Cont.

*et formam*)ſic etiam Cont. et ad formam , tres Tarrac.

*pr. m.*)pr. non eſt in trib. Tar. neq. in Contiano.

*vt ſuperius eſt enarratum*)hæc omittunt Raim. et Cont. narratum, vetus Tarr. vox ſuperius in altero deſiderata eſt.

*præfatam mulierem*)ſic etiã vetus Greg. et Cont. et editi Raim. lib. dictam mulierem, alter vetus Gregor.

*eſſe videatur*)verbum eſſe non eſt in Gregor. ne Ciceronis quidquam habeant.

*omni ap. et ex. ceſ.*)hæc etiam omittunt Raim. et Cont. excu. pro ex. duo Tarr. apertius, excuſatione, interpretor.

*pænitentia de tanto exceſſu*)de tanto exceſſu pænitentia condigna, duo Tarr. et Raim. pænitẽtia condigna de tanto exceſſu, Barcin. et tertius Tarrac.

*poſtquam ea*)vox ea non eſt in Gregor. eam pro ea, duo Tarr. et Barcin. non recte.

*ad tertium*)virum, addit ſolus Barcin.

*et legitime ſibi coniungi* ) hæc omittunt Raim. et Cont.

*Cap. 3. Idem Winton. Bathon. Herforden Epis*) Idẽ Vuin. Bat. et Hereford. Epis, concil. d. parte 6. c. 28. Idẽ Vigorin. et Beranton. Epis, vetus Gregor, mendoſe. Vigorien. et Baron. Contius, et alij non recte. Wigorn. vnus Tarr. Wigor. alij duo, Wig. Barcin. pro Winton. item Balth. pro Bathon. vetus Tarr. nõ optime, et Hereforden. ſiue Hereford. ſiue Herfor. tres Tarr. Huius reſcripti mentio fit cap. 20. d. partis 6. et cap. 6. de ſponſalib. huius collect. illic eadem Eporum nomina edidimus, Winton. Herforden. et Baton. et in concilijs d. c. 20. Vuinton. Hereforden. et Bathonien. quæ mihi minus mendoſa videtur.

*Ex litteris venerabilis fratris noſtri Cant. &c.* )ſic etiam in concil. Ex litteris Cant. Archiepi, vetus Gregor. Cantuariẽ. alter pro Cant. aptius, & Cont. et alij. Harum litterarũ mentio fit d. c. 6.

*A. S. L.*)Apoſtolicæ ſedis legati, cõcil. apertius. Omittunt hæc Raim. et Cont.

*ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit* ) noſtri Apoſt. concil. ad nos peruenit, Raim. et Cont.

*quod cum G. de S. Leodeg.* )Gilebertus de ſancto Leodegario, ſcribi potuit, vt d. c. 6. et d. c. 20. ſancto pro S. eſt in quattuor Tarr. et in Gregor. S. pro G. eſt in vno veteri Raim. libro. G. de S. Leodegario, in concil. Leodeg. eſt in duob. veterib. Gregor. Leodegario, in Contiano, et aliis.

*M. filiam*)ſic etiam Raim. et Cont. Mariam filiam, concil. plenius. ſic poſtea hoc eodem capite appellatur, et d. c. 6.

*poſt modicum quibuſdam &c.*)Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt in concil. in quib. eſt, poſtmodum quibuſdam, et in vet. Tarrac. poſt modicum tempus quibuſdam , Cont. et vnus Tarr. in quo vox tempus olim non fuerat. temporis pro tempus, Barcin.

*memoratus R. cum ea præſente*)ſic in concil. et in Contiano. vox præſente non eſt in vno Tarra. vox et in altero additur ante vocem memoratus, quod mihi ſuperuacaneum videtur.

*per verba*)ſic in concil. verbis, Cont.

*ſicut dicitur*)ſic etiam concil. et Cont. ſicut ſupra dicitur, vnus Tarr. voce tamen ſupra olim caruerat.

*fide hinc inde*)fide tamen, Barcin. ſolus.

*niſi ſollemnitas*)illa, additur in concil . quæ vox non eſt in Contiano.

*Poſtea vero*)vox vero non eſt in Gregor. Tempore vero procedente, concil.

*ad alia deſideraret*)ſic etiam Raim. deſiderat, vetus Tarr. deſideret, concil.

*vota tranſire*)vota migrare, vetus Greg. ſolus.

*ſicut ex litteris ipſius accepimus*)hæc ſunt in concil. neglecta ſunt a Raim. et Cont.

*de præſcripto negotio*)ſic in concil. et in vet. Greg. et in editis. de negotio, vetus Tarr. alia voce omiſſa. de ſcripto negotio, alter Tarr. et alter vetus Gregor. in quo additur vobis, non recte.

*ſed ipſe prædicta*)ſic etiam vetus Greg. præſcripta, concil. et tres Tarrac. et alter vetus Gregor. et Cont. et alij.





*filiã Hug. de Spolteli M. nomine*) Poſteble, Barcin. pro Spolteli. Paſtelt. uet. Tarr. Polſtebe, duo alij Tarr. filiam Hugonis de Polſtede Matildã nomine, cõcil. plenius. filiã V. duo ueteres Greg. alijs omiſſis. G. pro V. Cont. et alij mendoſe.

*Poſt modum vero &c.*)hæc a Raim. olim omiſſa, recte Contius addidit. ſunt in concilijs.

*ſe cum Maria*)ſic in concil. ſecum M. Cont mẽdoſe.

*ſicut ſuperius*)vox ſuperius non eſt in concil. habet Contius.

*dictum eſt*)ſic etiã Cont. publice, additur in cõcil.

*poſtmodum accepiſſe*)ſic etiam Cont. ſuſcepiſſe, unus Tarr. olim. accepiſſe, cõcil. altera uoce omiſſa.

*conſtanter*)ſic etiam Cont. frequenter, concil.

*de uoluntate ei*)eius malo, ut eſt in cõcil. et apud Contium, et in trib. Tarr.

*adiciens*)ſic in concil. dicens, Cont.

*& ideo, quia eã, quã ſecũdo acceperat, relinquebat*) ſic etiã in concil. receperat pro acceperat, uetus Tarr. relinquere uolebat pro relinquebat, alij duo Tarr. uox quia in Cõtiano libro eſt omiſſa, quod placet. apertius diceretur: et ideo ei eã, &c.

*Cum autem præfatus R.*)præfatum, concil. et Barcin. et quattuor Tarr. aptius. Cũ autem alia præfat. R. Contius plenius. hæc ad Matildam apte referuntur, ad Mariam, aut ad R. non poterant apte referri.

*uirum reſtitui*) ſic in cõcil. virum ſibi reſtitui, duo Tarr. et Cont.

*& Archieps vellet primo de matrimonio cognoſcere*) de matrimonio primo, duo Tarr. de primo matrimonio, concil. Cumq. Archieps vellet de matrimonio primo cognoſcere, duo veteres Greg. Cum Archieps, Cont. et alij.

*ob id maxime &c.*)hęc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*Maria ad Apoſtolicam appellans ſedem, uocem appellationis emiſit*)vox appellans non eſt in conci. non male. M. pro Maria, uetus Tarr. olim tamẽ Maria fuerat. uox appellationis in tribus Tarr. deſiderabatur. ſedem appellans, unus eorum habet. dicta M. app. vocem emiſit, Raim.

*& feſtum circumciſionis proxima &c.*)hæc etiam omittunt Raim. et Cont. ſunt in cõcil. totidẽ verbis. proximæ in pręteritum, uetus Tarr. proxime præteritum, alij duo Tarr.

*terminum ap.*)appellationi, concil. terminum pręfatæ ap. Barcin.

*Appellationi uero*)ſic etiam concil. cuius appellationi, Raim.

*eidem M. ſub periculo animæ, et excommunicationis*) Mariæ pro M. concil. apertius. eidẽ ſub excommunicationis, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

*diſtrictius*)hæc vox in ſolo ueteri Greg. non eſt.

*donec cauſa ipſa*)vox ipſa non eſt in uno Tarr. neque in uno uet. Greg. eſt in concilijs.

*coram nobis &c.*)hæc ſunt in concil. omiſſa ſunt a Raim. et Contio.

*W. nomine nihilominus nupſit*)Vu. cõcil. nomine W. uetus Tarr. V. nomine nupſit, duo ueteres Greg. Gu. Cont. et alij.

*& ſuper hoc &c.*)ſic etiam Cont. addens quædã omiſſa etiam a Raim. et propter hoc &c. concil.

*quam obiecerat, apparere*)ſic etiam Cont. obierat pro obiecerat, concil. ego comparere pro apparere, malim: ſed feramus, grauiora paſsi.

*non uidetur*)ſic etiam Cont. non videretur, cõcil.

*plene cõſidimus*)ſic in concil. multum pro p. e. e, Cont.

*præſertium auctoritate mandamus*)terminã d[illegible]m, concil. pro mandamus, non recte . mandamus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

*partib. ante veſtram &c.*)hæc ſunt in concil. non ſunt in Greg. Contio itidem conniuente.

*præter conſenſum*)ſic in concil. de futuro, addidit Raim. quod etiam in ueteri ſcholio eſt. nam quę de præſentis temporis conſenſu dicta ſunt; allegabantur, ſed non probabantur, ut Tancr. ait.

*inter præfatum R. & Mariam*) M. duo ueteres Gregor. inter præfatos R. et M. Cont. et alij. ut editum eſt, concil.

*ſecunda matrimonia inuiolabiliter obſeruãda*)ſic in concil. et in Greg. ſecundum matrimonium inuiolabiliter obſeruandum, duo Tarr.

*ap. diffugio*) appellationis pro ap. concil. obſtaculo pro diffugio, Raim. ſine magno lucro.

*nequaquam debuerit, conueniens tamen non uidetur, ut*)vox tamen neq. in cõcil. eſt, neq. in trib. Tarr. non debuerit, non eſt tamen conueniens, ut, Raimund. tamen uidetur, ne, Barcin.

*alia tamen pœna eis debebit imponi*)ſic uetus Greg. pænitentia pro pœna, alter uetus Gregor. et duo Tarr. alia enim pœna debebat eis imponi, cõcil. debetur pro debebit, Barc. debebat, unus Tarr. ei pro eis, alter olim Tarr. aliqua tamen pænitẽtia eis debebit imponi, Cont. et alij.

*quia contra*)ſic etiam Raim. quod contra, concil. qui contra, uetus Tarr.

*hoc fecerunt*)fecerint, unus Tarr. ſolus.

In fine additur in concil. Nonis Februarij. ego ante eas duas voces addo, Datum.

## TIT. XVIII. QVI FILII

*ſunt legitimi*)ſic uetus Gregor. Qui ſunt filij legitimi, alter uetus. ſint pro ſunt, duo Tarr. et cõcil. parte 33. et Cont. et alij. Poſt hæc uerba additur in concil. et de exactione dotium poſt diuor

tium, et ad quẽ pertinet huius cauſæ cognitio.

CAP.I. *Alexander iij.*)ſic Raim.et Cont. Idem, Barcin.et concil,d.parte 33.c.3.

*Herbertus lator præſentium*)Herebertus,unus Tarrac.Arbertus,alter olim.Albertus,Barcin.H.cõcil.et Raim.qui ſolus cetera uerba omiſit,neq. ea Cont.addidit.

*quod cum*)vox cum non eſt in concil.eſt in Gregor.

*neptem* R.)hęc in concil.ſunt,non ſunt in Greg.

*acceperit in uxorem*)accepit,concil.vox in nõ eſt in uno Tarr.addita eſt in altero Tarr.in vxorẽ acceperit,Raim.

*præfatus* R.)et,addunt concilia ante hæc verba. R.patruus mulieris, Raim . ſine ulla cauſa,niſi quod uocem neptem omiſerat.ſic potuit auum dicere,vel auunculum.magis tamen credo verũ eſſe patruum fuiſſe,quam auum.

*cum poſtea, prout dicitur*)ſic in concil.licet poſtea Raim.et Cont.alijs omiſſis.

*acceperit in uxorem*)acceperit vxorẽ, uetus Tarrac.ſolus non male.

*Inde eſt,quod f.u.per A.ſ.m.*)f.t.pro f.u.vet.Tarr. fraternitati tuæ etc.concil. Ideoq. mandamus, Raim.et Cont.alijs omiſſis.

*rei ueritate diligenter,et cognita,& inquiſita*)diligẽter inquiſita,et cognita, concil. et tres Tarr.ſi eſt ita,Raim. et Cont.non male.

*nullius ap.obſtante*)appellatione pro ap.concil. omni ap.re.uetus Tarr.non obſtante ap.alter Tarr.mulierem ob,Barcin.mẽdoſe.omnia omittunt Raim.et Cont.

*legitimam eſſe*)ſic in concil.eam legitimam,Raimund.

*iubentes prædicto* R.*ex noſtra,& ueſtra parte*)inhibentes pro iubentes,concil.prædicto R.inhibẽtes,Raim.et Cont.alijs omiſſis.

*ne ſæpedicta*) ſic etiam concil.ne dictæ, Gregor. 9.

*et heredibus ſuis*)vel pro et,concil.hæc omnia Raimund.et Cont.omittunt non ſine cauſa.

*ſuper hereditatem ſuam*)ſuper hereditate ſua,concil.ſuper hereditate paterna,Raim.

*contra inhibitionem noſtram*)ſic in concil. prohibitionem,duo Tarr. veſtram pro noſtrã, itẽ duo. contra hoc,Raim.et Cont.

*ſublato ap.re.*)appellationis remedio,concil.apertius. omittunt hæc Raim.et Cont.

*ſeueritate eccleſiaſtica percellatis*)eccleſiaſtica ſeueritate percellatis,concil.ante edita. addit vetus Gregor.eum.In altero veteri eſt, eum cen.eccl. percellatis. at Cont.et alij habent,contra eũ ſeueritate eccleſiaſtica procedatis.

*Cap.* 2. *Cum inter* I.*ueterem conciuem ueſtrum*)noſtrum,cõcil.d.parte 33.c.5. Io.pro I.uetus Tarr. Cum inter I.uirum,Raim.et Cont.alijs omiſſis. ueterem eſt pro uirum,in uet.Greg. ſcribi autẽ debet Veterem,ut opinor;ſic Auguſti tempore fuit Caius Antiſtius Vetus.

*& T.*)ſic in concil.M.uetus Tarr.C.uetus Gregor. et T.alter vetus,et Cont.et alij.

*lata*)prolata,concil-et Raim.lata,prior concil.editio.

*qui ante ſententiam ipſam &c.*)hæc omittunt Raimund.et Cõt.ſunt in cõcil.excepta voce ipſam.

*publice,& ſine*)ſic etiam duo ueteres Greg.uox et non eſt in concil.neq.apud Cont.et alios.pace,ſiue condicione,prior concil.editio mendoſe.

*matrimonium inter ſe contraxerint*)ſic in concil.cõtraxerunt,tres Tarr.inter ſe contraxiſſe noſcantur,Raim.

*ſtatuimus*)mand.uetus Tarr.ſolus.

*quos ipſi*)vox ipſi eſt in concil.non eſt in Greg.

*& qui conceptus ante latam ſententiam fuerat*)fuerat ante latam ſententiam,concil.et uetus Tarr. et duo veteres Greg.et qui concepti ante latam ſententiam fuerant,Barcin.et qui concepti fuerant ante latam ſententiam,Cont.et alij.

*non minus*)ſic etiam Raim.nihilominus,concil.

*& quod*)et qui, prior editio concil.

*et de bonis parentum ſuorum*)ſic in concil.vox ſuorum non eſt in uno Tarr.et de parentum facultatib.Raim.

*Quocirca uniuerſitati &c.*)Quæ ſequuntur omittunt Raim.et Cont. uenerabilitati,concil. non recte.

*neſtræ per A.ſ.m.*)pro his etc.eſt in concil.pr.m. tres Tarr.pro m.habent.

I.*& prædicta*)ſic in concil.Io.et M.prædictæ,uetus Tarr.

*et exinde*) ſic etiam in concil.et inde,uetus Tar.

*inter parentes eorum*)celebrati,additur in concil. non male.

*eis ab aliquo moleſtiam*)eis a quoquam moleſtias, tres Tarr.moleſtiam,concil.cetera,ut Tarr.

*uel grauamina*)et pro uel,uetus Tarr.uel, concil.

*Cap.*3.*Idem Rothomagen. Archiepõ*)Arch.prior editio concil.parte 8.c.11.Idem R. Archiepõ Rothom. vetus Gregor.ut editũ eſt,alter uetus, et Contius,et alij,et poſterior concil.editio.

*quod cum Nicolaus Saget ciuis tuus*)pro tribus poſterioribus uerbis eſt in concil. Sagantinus. uox cum in ueteri Tarr.deſideratur.quod cum H. uetus Greg. alijs omiſſis. N.alter vetus,et Cõt. et alij.tuus ciuis,eſt in trib.Tarr.eſt autẽ aptius hoc,quam quod cap.2.dictum eſt,conciuem ueſtrum.

*uxore ſua Matil.non deſponſata*)nondum matrimonio,pro Matil.non,concil. Matilda nõdum, duo



duo Tarr. M. non, tertius Tarr.uxore ſua M. tunc non deſponſata, Raim.

*cum eo cohabitante*)ſic in concil.ſibi pro cum eo, Raim.mutauit parum apte.

*ſicut dicitur*)ſicut creditur,cõcil.utrũq.Raim.et Cont.omittunt.

*& de ipſa filios ſuſtulit*)ſic etiam in concil. et filios ſuſtulit ex eadẽ,Raim.ſine ullo lucro mutauit.

*prædictus iuuenis*)dictus iuuenis,unus Tar.ſolus.

*contradixit gerens*)ſic uetus Greg.contradicit gerens,alter uetus,et Cont.et alij.aſſerens pro gerens,Barcin.dicens,concil.

*prædictus uero* N.*& vxor eius Matil.*) Matilda, uetus Tarr.Matildis,cõcil.in quib.eſt Nicolaus pro N.apertius.De Matilde,ſiue Matilda vide caput vlt.ſupra tit.prox.deſideratur ea uox in Greg.prædicti pro prędictus,eſt in uno vet.Gregor.et apud Cont.et alios.prædictus,eſt in altero veteri.

*eſſe negabãt*)ſic etiã Raim.omnino pro eſſe,cõcil.

*quod eum pietatis intuitu nutriuiſſent*)ſic Raim.ordo verborum mutatur in concil.et in quibuſdã Tarr.libris.quia pietatis intuitu illum nutriuiſſent,uetus Tarr.omittitur vox eũ in uno Tarr. in altero additur poſt verbum nutriuiſſent, alia tamen manu.

*mota eſſet*)ſic etiam Raim.mota eſt,concil.et unus Tarr.facta eſt,alter.

*& prædictus*)vox et non eſt in uno Tarr.tãtum.

*iuri ſtare nolebat*)iniuſte petebat, uet. Tarr.ſolus.

*quid de hoc &c.*)hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*in tali cauſa*)ſcribe caſu , ut eſt in omnibus libris.

*prædictum iuuenem tibi conſtiterit eſſe filium*)eorum eſſe filium,concil. Surianæ editionis. verbum eſſe in priori editione non eſt,et pro eo vox eorũ eſt ſcripta. tibi conſtiterit eſſe filium iuuenẽ memoratum,Raim.conſtiterat pro conſtiterit,vet. Tarr.quod non æque placet.

*Cap.4.Idem Exon. Winton.Epĩs & Abbati Forden.*)et Wigor.pro Winton.eſt in veteri Tarr. Witon.in altero mendoſe.Exon.et Vington. Epĩs,et Abbati Herfordenſi,uetus Gregor.tit. de off.deleg.Mutin. pro Vington. idem liber ſub hoc tit.Exon.et Vinton,Epiſcopis,et Abbati Herfonden.alter uetus tit.de dolo,et cont. Oxon.et Winton.Epĩs,et Abbati Herforden.idem tit.de offi.deleg.Exon.et W.unton. Epĩs, et Abbati de Herefor,idẽ ſub hoc titulo.Oxonẽſi,et Vintonien.Epĩs,et Abbati Herfor.Cõt. et alij d.tit.de offi. dele. Exonen. et Vintonien. Epĩs,et Abbati Herforden.ijdẽ d.tit. de dolo et contum.Exonien.et Vinconien.Epĩs, et Abb. Herforden. ſub hoc titulo. Ego ſcribo, Idem Exonienſi,et Wintonienſi Epĩs, et Abbati Herefordenſi.

*Cauſam,quæ inter nobiles uiros* F.*et* R.*de Ardenna*) S.de Arden.Cont. non recte.qui ſub hoc titulo addit a Raim.prętermiſſa,ſub alijs nihil addidit.Cauſam,quæ inter,et infra.uetus Greg.vox inter non eſt in altero veteri,neq. in editis ſub hoc titulo.Cauſam,quæ inter R.et H.alter ex ueterib.Raim.libris ſub tit.de offi.dele.F.et H. alter vetus.F.et R.Cõt.aptius,et alij. F.et H.eſt etiam in ueteri ſub tit.de dolo.F.et R.in editis, de Ardena,ſiue de Ardenna F.et R.duo Tarr.de Ardun.tertius.ego nihil muto. ſuſpicari poſſumus R.Radulfum ſignificari,ut alij,quorũ poſtea mentio fiet,uocabantur.

*quondã filium Agathæ*)quendã Cõt.pro quondã, cui nõ adſentior.omittit omnia Raim.ſub tit.de offi.dele.vocem quondam ſub tit.de dolo.

*de natiuitate ipſius*)ſic etiam Cõt.A.in uno Tarr. additur alia manu.Agathæ,in altero,quaſi ſcholij vox eſt.ipſius A.Raim.d.tit.de dolo.de natiuitate Agathæ,Raim.tit.de offi. del.

*uobis fratres Epĩ,& uenerabili fratri noſtro Lundon.*) hæc breuius ſignificantur apud Cont.et Londonienſi Epõ,uetus Greg.tit.de offi.del.Lond.Epiſcopo,alter uetus.London.Epõ,Cont.et alij, et uet.tit.de dolo.ubi Cont.Londonen.alij London.tres illæ voces,venerabili fratri noſtro, a Raim.neglectæ ſunt.Lundun.unus Tarr. habet non recte.

*ſub certa forma*)ſic etiam Cont.hæc etiã Raim.omiſit ſub alijs titulis.

*uerum quoniam &c.*)hęc ſub tit.de dolo,Raim.et Cõt.omittũt.unde pro uerũ,unus Tar.nõ recte.

*Idem* F.*de Ardenna*) Ardon. uetus Tarr.Ard. Cont.Idem R.uetus Greg.non recte,alijs omiſſis.F.alter vetus,et alij d.tit. de offi.del.

*præfatum Lundon.*)London.vetus Tar.Lundun. alter.præfa.Lundo.Epm,Cont.præfatum London.Epm,duo veteres Greg.præfatum Londonen.Epm,Cont.et alij d.tit.de offi.dele.

*omnino habebat ſuſpectũ*)vox ſuſpectũ omittitur a Cõtio.vox omnino a Raim.d.tit.de offi.dele.

*dominus eſt prædicti* R.)ſic etiã Cont.hoc titulo. H.pro R.duo veteres Greg.non recte.F. Cont. et quidam alij mendoſe,d.tit.de offi.dele.

*ipſum amouendam*) ſic etiã Raim.et Cõt.d.tit.de offi.dele. vox ipſum omittitur a Cõtio hoc tit.

*loco ipſius*)loco illius,tres Tar.et Cõt.et duo Gregor.illius,Cont.et alij d. tit.de offi.dele.

*per A.itaq.ſcripta &c.*)Ap.pro A.Cõt.hic.omittuntur omnia hæc a Raim. et Contio ſub alijs titulis.

*de natiuitate prædictę* A.*&c.*)hæc a Contio ſunt omiſſa.Agathæ pro A.ſcribere malo. et mox pro ſæpe dicta A.ſcribo,ſæpe dicta Agatha. Si conſtiterit,quod Agatha,Raim.et Cont.

*de Auelina mu'iere*)ſic ueteres Gregor. Anelina, Cont.et alij.Hæc Auelina mater Agathæ tres habuit viros Alanum,et Radulfos duos.ex tertio cognomento Sauarico,ſiue Sauariſio, ut ait Tancredus,nata Agatha eſt;Auellina dicitur ab Alano non male,vel potius Abellina,vt Abellinum oppidum a Plinio.

*ipſa cum eo*)eodem,uetus Greg.ſolus.

*cõmorante*) morante, duo Tarr.et Raim.at in tertio Tarr. vox moráte olim fuit,mox cómoráte.

*nata fuerit,uel quod R filius Sauarici &c.*)Sauerici, duo Tarr.Sauariſij, Tancr.Radulfus autẽ ſcribi debuit,ut poſtea appellatur.ſic etiã ab Alano,et Tancredo dicitur.Raimundus mutauit quædã, quæ obſcurius dici uidebãtur. vel R.patre dictę Agathæ ipſam A.adhuc habente uirum publice tenente nata fuerit.ſic veteres Greg.fuit pro fuerit,Cont.et alij.Mihi adhuc verba Raim.parum dilucida videntur.

*ſuperſtite ſecũdo viro R.ſ. de Vindeſcen.*)Wideſcen. duo Tarr.Winton.Barcin.Verent.tertius Tarr. hic mortuo Alano duxit Auellinam,Alan.

*eandem Agatham*)Agathen,duo Tarr.nõ male, ſi Agathe dicebatur.

*& ſi de Radulfulſo*) ſcribo Radulfo,ut eſt in Barc. et in duob.Tarr.et ſic appellatur a Tancredo, et Alano.Rafuldo eſt in tertio Tarr.Radul.in quarto.

*non fuiſſe legitimam*)filiam,addunt tres Tarr.eam non eſſe legitimã eiuſdem R.filiam,vetus Gregor.fuiſſe pro eſſe,alter vetus,et Cont.et alij.

*filij Sauarici,omni oc.et exceptione poſtpoſita & ap. pronuntietis*)iudicetis,Raim.et Cont alijs omiſſis ap.poſtpoſita pronuntietis,duo Tarr.

*iungi,& cohabitare præſumpſerit*)cõiũgi,duo Tarr. pro iungi,et,non recte.ſed in eiſdem olim fuit, quod editum eſt.præſumpſit etiam eſt in altero eorum.copulari præſumpſit,Raim.et Cont.

*Ceterum ſi aduerſarius ſuus &c.*)ſic etiam Raim.et Cont.c.3.de dolo.Hæ autem litteræ impetratæ uidentur a F.de Ardenna aduerſus R.Agathæ filium,qui aui hereditatem poſſidebat.itaq.hoc loço aduerſarius appellatur R.de Ardenna,vt Tancredus ſcribit.

*vel iudicio veſtro*) ſic etiã vetus Greg.et pro vel, vetus Tarr.vel iudicio eccleſiæ,Cont.et alij.

*aut ſi ita ſicut nobis proponitur*)aut etiam,Raim.et Cont.alijs omiſſis.ipſe pro ita,unus Tarr.vox nobis in altero deſideratur.

*ſe abſentauerit*)ſic etiã Greg.9.ſe abſentauit, tres Tarr.

*a multis retrodiebus*) hęc omittunt Raim.et Cõt.

*nec in terra &c.*)hęc etiam ab eiſd.ſunt omiſſa.

*acceſſerit*)acceſſiſſe,unus Tarr.

*ad præſentiam ueſtram nihilominus*) his etiam carẽt Raim.et Cont.

*& ſine procurator veneris*) veniat ,vetus Tarr. qui ſiue venit,Greg.vet.nõ recte.venit pro velit, ſcribo.veneris,Cont.et alij.

*denuntiationibus*)ſic etiã Raim.nũtijs,vetus Tarr.

*ad domũ eius*)vox eius non eſt in vet.Tarr.eſt in Greg.

*ſecũdũ ordinẽ &c.*)hęc etiã omittũt Raim.et Cõt.

*teſtib.alterius partis*)cur non vtriuſq. partis?

*infra tres menſes &c.*)hæc etiam neglecta ſunt a Raim.et Cont.

*iuxta dictam formam*) ſic etiam Raim. iuxta earum formam,vetus Tarr.non male.

*ſub.ap.*)ob.addit Barcin.et tres Tar.ſublato pro ſub.duo Tarr.ex illis tribus.hæc etiam omittũt Raim.et Cont.

*ita quod ultra &c.*)Quæ ſequũtur,a Raim.et Cõtio ſunt ut ſuperuacanea omiſſa.

*ſine quæ de reſtitutione*) harum litterarum mentio fit c.7.quod huic coniungi debuit.

R.*de Ardenna*)R.a.pro R.Barcin.et duo Tarr. olim.Ra.ſcribo,vt Radulfum ſignificet.

*facienda*)hæc vox non eſt in Barcin.

*ſine quæ de poſſeſſionis &c.*)hæ fortaſſe ſunt litterę c.7.cõtẽtę,quod ante hoc caput ſcribi debuit.

*quæ antea*)quæ a noſtra auct.uetus Tarr.

*litterarum iſtarum*)noſtrarum,uetus Tarr.

*commiſſio noſtra*)ueſtra,duo Tarr.hęc,tertius.

*Cap.5.Idẽ B.Exon.Ep̃o & Abbatis Forden.*)B.non eſt apud Raim.et Cõt.Herforden.pro Forden. ijdem habent,et Exonien.pro Exon.aptius.

*Lator præſentium* R.*non ſine &c.*)Recte Cont.addita Raim.prętermiſſa paucis exceptis.

*uxores habuerit*)ſic etiam Cont.habuit,duo Tarrac.non optime.

*idem* xl.*acras terræ*)idẽ Ha. Cont.mendoſe pro Hu.quod eſt in veteri Tarr.idem H.Barcin. idẽ V.alij duo Tar.Hugo videlicet,vetus ſcholiũ.de acris vide c.2.de eccleſ. ędifican.in hac collect.

R *contigerunt*) R.cõtingunt,Cõt.et unus Tarr. et Barcin.

*Cum autem H coram etc.*)Hu.pro H.uetus Tarr. idem H.Barcin.Cum autem idem R.H.coram ſæculari iudice ſuper hereditate aui eiuſdem R. patris dicti H.traxiſſet in cauſam,Raim.et Cõt. vox ſæculari in uet.Tarr.non eſt.

*ei præſumpſit*)præſumpſerit,unus Tarrac.ille ſibi præſumpſit,Raim.parum diſerte.

*de legitimo matrimonio*)adde natus,vt eſt in duobus Tarr.et in Barcin.et in Gregor.

*nihil poſſit iure ſucceſſorio vindicare*)poſſet pro poſſit,tres Tarr.et duo Greg.nihil poſſit in ſucceſſorio vindicare,Cont.et alij mendoſe.Hic ponitur magna gloſſa de ſucceſſionibus,quam habes in apparatu Laurentij 35.q.5.ad Apoſtolicam. Tancr.



Tancr.Laurentij verba nulla ſunt in editis Gratiani libris,ſed in veteri libro ea legi.

*venerabili fratre noſtro*) N.additur in vno Tarr. omnib.carent Raim.et Cont.

*fuiſſet diu tractatum*)tractatum fuiſſet, Raim.alia voce omiſſa.

*de mandato ipſius* Ep̃i *&c.*) Ep̃i N.unus Tarr.omnia omittunt Raim.et Cont.

*fuerit natus*)fuerat natus,duo Tarr.

*ſicut aſſerit,audientiam appellauit*)appellauit audiẽtiam,vetus Tarr.duo priora verba deleta ſunt in altero Tarr. eadem omittunt Raim.et Cont. ſcribentes,ad noſtram extitit audientiam appellatũ.

*ſed eo veniente &c.*)hæc addit Cont,a Raim. præterita.

*d.u.per* A.*ſ.pr.m qua.*)dis.u.pro d.u. Tarr.unus. di.u.alij duo.vox pr.in uno deſideratur.mã.quat. vetus Greg.alijs omiſſis.Ideoq. mã.qua.alter vetus,et Cont.et alij.

*utramq.partem &c.*)multa Raim.et Cont.omiſerunt.

*diligenter inquiſitis,et plenius auditis,et cognitis*)dilĩgẽter auditis,et cognitis plenius,vetus Tarr.diligẽter,et plenius auditis,et cognitis,duo alij Tarr.

*cauſam ipſam ſuper quæſtione natiuitatis)* patris eiuſd.R.addit Greg.9.voce ipſam omiſſa.

*poſt harum ſuſceptionem litterarum*)hęc etiam omittunt Raim.et Cont.

*ſub.ap.re.*)ſublato appellationis obſtaculo,Raim.

*non potuerit*)non poterit,duo Tarr.et Raim.

*ei de paterna hereditate*)eidem ſuper natiuitatem, vetus Tarr.hæc etiã Raim.et Cont.omiſerunt.

*obiecerit*)obiecit,Raim.

*ſæculari domino,ſub cuius iudicio de hereditate cauſam intrauit*)intrat,unus Tarr. et olim alter. ſæculari iudicio de hereditate cauſa tractanda eſt, Barcin.cauſa vertitur,pro cauſam intrauit,Raim. cetera,ut edita ſunt.

*ſignificetis*) intimetis, Raim.

*ſuper hereditate*)ſuper hereditatẽ,vet Tarr. ſolus.

*et decidat*) et definiat,Barcin.tantum.

*Cap.6.Exon.Ep̃o*) ſic etiam Raim.et Cont.Exonien.Ep̃o,concil.d.parte 33.c.1.ex quo addi debet,Pars cap.Meminimus.Integra clauſula hæc eſt.Meminimus nos fraternitati tuæ ſuper cauſa, quæ inter P.et R.de quadam hereditate vertitur,quam idem P.nomine Sibyllæ vxoris ſuæ petebat,tali modo ſcripſiſſe: vt ſi cõſtaret,prout litteræ tuæ continebant, inter prędicti R.patrẽ, et matrem,poſt eius natiuitatem matrimonium fuiſſe contractum;eum omni appellatione remota legitimum eſſe denunties,et ab hereditate paterna propter cauſam prędictam nullatenus debere repelli.

*Tanta eſt &c.*)ſic etiam Raim.Tanta eſt enim,cõcil.Edita verba refert Cæleſtin.3.cap.2.de cõuerſione infidel.collect.2.

*uis matrimonij*)ſic etiam d.c.2. et Raim.uis ſacramenti,concil.matrimonij,in marg.

*vt qui antea*)ante matrimoniũ,Barc.ſolus d.c.2.

*ſi autem uir &c.*)Latius hæc in concil. dicuntur. Verũ quoniam P.ultra,quam in litteris tuis cõtinetur,nobis ſignificauit,quod pater ſuus viuẽte vxore matrem R. tenebat,et eum in adulterio procreaſſet , et quod in mortem ipſius uxoris mater fuerit machinata : fraternitati tuæ etc.quatenus rei ueritatem inquiras, et ſi tibi cõſtiterit, quod uiuente vxore pater prædicti R. matre ipſius publice abuſus fuiſſet,eum ſpuriũ, et ab hereditate repellendum etc. Raimundus Bernardi Papien.editionem eſt ſecutus.

*eandẽ duxerit*) ſic etiã Raim.duxit,uetus Tarr.

*ſi in morte prioris &c.*)ſi mortẽ,uetus Tarr.ſi mater ipſius in mortem prioris uxoris fuerit machinata, decernas, concil. ſi in mortem prioris etc.Raim.et Cont.

*quoniam matrimonium &c.*)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.verborũ ordine mutato.

*Cap.7.Idem Lundon.& Wig.Ep̃is*)Idem Londonenſi,et Vuigor. Ep̃is,concil.d. parte 33.c.4.in Suriana editione.Lunden.eſt in priori edit. Lõdon. Wigorien.Ep̃is,uetus Gregor .London.et Vigorien.Ep̃is,Cõt.et alij. Wigorn. pro Wig. unus Tarr.aptius.Agitur de eade cauſa, de qua ſupra cap.4.ſed non eſt idem reſcriptum.

*Cauſam,quæ inter* R.*et* F.) ſic etiam in concil.in Suriana edit.et in Greg.nobiles viri appellãtur d.c.4.et de Ardenna. erat autẽ F.auunculus R. ſiue frater Agathæ matris R.ut Tancr. ait.Cauſam,quæ uertitur inter R.et F.eſt in priori concil.editione.

*experientiæ ueſtræ iã pridẽ*) tuæ pro veſtræ, Tarr. uetus.vobis,Raim.et Cõt.ſupra c.4.Exon.Vinton.et Lundon. Ep̃is narratur fuiſſe hanc cauſam commiſſam,mox recuſato Lundon.Abbatem Hereforden.ſurrogatum.ſed ex utriuſq.capitis lectione apparet plura fuiſſe reſcripta ab utraq.parte impetrata.

*quia in litteris*)ſic in cõcil.vox in non eſt in Gregor.neq.in trib.Tarr.

*inſeri fecimus*)inſeruimus,uetus Tarr.ſolus.

*ut præfato* R.)ſic etiã uetus Greg.ut ſæpefato R. tres Tarr.et concil.et Cont.et alij.ſe præfato,alter uetus Greg.mendoſe.

*poſſeſſionem omnium*)ſic Raim.eorum,additur in concil.

*extitit*)extiterit,unus Tarr.tantum.

*tanti pretij reputetur*)ſic in concil.reputatur,uet. Tarr.vox pretij in Contiano deſideratur, quod non reprehendo.

*mouere debeat*)ſic etiam Contius.deberet, concil.

*ad aliud declinare*)declinare,concil.alijs omiſſis. alium pro aliud,Tarr.duo.quia, addit Contius non ſine mendo.

*Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*) Eſaiæ cap.33.referuntur eadem verba a B.Gregorio homilia 4.in uerbis relatis a Burch.lib.1.cap. 113.et Iuone lib.3.tit.9.cap.5. Panor.et parte 5. cap.86.decreti,et Anſel.lib.6.cap.75.et Grat.1. q.1.cap.14.Prophetæ verba hæc ſunt.Qui ambulat in iuſtitijs,et loquitur veritatē; qui proicit auaritiam,et calumniam, et excutit manus ſuas ab omni munere.et poſt alia.Iſte in excelſis habitabit.Complut.Lat. πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, λαλῶν εὐθεῖαν ὁδὸν, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀποσειόμενος ἀπὸ δώρων.et poſtea.οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς.Lxx.Ambulans in iuſtitia, loquens rectam viam,qui odit iniquitatem,et iniuſtitiam,et manus excutiēs a muneribus.et poſtea.hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortis,Compl.

*de illis donis*)vel de illis bonis,Barcin. mendoſe.

*allicere,uel interuertere ſolent*)et inuertere,concil. vel inuertere,unus Tarr.et vet.Gregor.uertere pro interuertere vetus Tarr.mutare,Barcin.illicere,uel peruertere ſolent,tertius Tarr.alidere, vel inuertere ſolēt, alter vetus Greg.peruertere pro interuertere,Cōt.et alij,cetera.vt edidimus.

*ſi ipſa etiam*)ſic in concil.et in Gregor.vox etiā non eſt in duobus Tarr.forte et ſi pro ſi,in margine concil.

*ordinatori vel cōſecratori*)offerat,addit Raim.ante hæc verba.vocem vel cōcil.et,unus Tarr.vel etiam conſecratori,eſt in altero Tarr.

*medicinas aut de optimo vino*)ſic in concil. aut de vino,duo veteres Gregor.alijs omiſſis.vel pro aut,Cont. et alij. vel medicinam, vetus Tarrac.

*fuerint,et quæ*) ſic etiam concil.et duo veteres Gregor.fuerunt,ex quo,Cont.et alij, non recte.





*non tamen eccleſia Romana &c.*)nec pro nō,Barcin.mutatur verborum ordo in concilijs, et in Gregor.pleniuſq.in concil.eſt.non tamen Romana eccleſia dantem,uel accipientē dilinquere interpretari conſueuit,niſi iſta interuenirent ex pacto.concil.non tamen eccleſia Ro. interpretari conſueuit accipientem in his delinquere,vel donantem,Raim.

Poſt uerba ſupra ſcripta eſt in cōcil.alterius queſtionis reſponſum multis mendis plenum, quāobrem totidem uerbis id referre noluimus. agitur autem de fratre Archiepī,qui ſecuritatem quandam promiſerat Regi pro priori eccleſia, num id noceat ipſi Archiepō.Adferuntur quædam relata apud Grat.1.q.5.c.1.2.et 3.ſi puer ad eccleſiam a parentibus pecunia interueniente offeratur,ad tempus ab eadem eccleſia remouendum,ſed poſtea etiam ad eandem aſſumi poſſe. Initium verborum eſt:De cetero licet,ſicut tuæ litterę continebant etc.

*Cap.21.Lucius* iij.)ſic etiam Raim.et Cont.Turonenſi Arch. additur in concil.parte 40. c.4.titulo de electionibus in priori editione.Arc iepō,in Suriana editione.Hoc autem eſt cap.22.in ueteri Tarr.

*Matthæus*)ſic etiam Raim.Presbyter,concil.ego utramque vocem coniungendo ſcribo: Matthæus presbyter.

*ſecreta*)ſic Raim.ſua,concil.

*maioris partis*)ſic etiā Raim. maioris, et ſanioris, concil.plenius.alias ſanctioris,quod non placet, quæ uarietas in Suriana editione omiſſa eſt.

*quia paucis &c.*)omittunt quædam Raim.et Cōtius,quæ ſunt in concil.paucis tibi contradicentibus, Greg.9.

*perturbata*)tamen,additur in Barcin. et in trib. Tarr.et in concil.non eſt in Greg.in quibus turbata ſcriptum eſt.

*quam prius ſuſtinebas*)hæc ſunt in concil.nō ſunt in Gregor.

*conquieuit*)ſic Raim.quieuit,concil.

*a labe*)hæc in concil.non ſunt,habet Raim.

*per iam dictum Card.Apoſtolicæ ſedis*)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil. ab Apoſtolica ſede,pro Apoſt.ſedis.Barcin.

*queſiuiſti*)ſic in concil.et in duob.veterib. Greg. requiſiſti,Cōt.et alij,in quib.additur ex aliquo ſcholio,quid tibi ſit faciendum.quæ verba in ueterib.non ſunt.

*tibi ſignificatione præſentium mandamus*) reſpondemus pro mādamus, duo Tarr.præſentium tibi ſignificatione mōſtramus,concil.reſpondemus, Raim.et Cōt. alijs omiſſis.

*adminiſtrationem prædictam*)vox prædictam eſt in concil.non eſt in Gregor.

*dimittis*)ſic in concil.dimittas,Raim.

*illius uerbi euangelici*)euangelici verbi,concil.uoce illius omiſſa. illius uerbi, Raim. tertia voce prætermiſſa.

*Nihil prodeſt homini,ſi uniuerſum mundū lucretur*) Nil pro Nihil,concil.et duo ueteres Greg.Nihil Cont.et alij.Quid enim prodeſt homini,ſi mūdum uniuerſum lucretur?Matthæi c.16.τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ;Quid enim proderit homini,ſi lucretur mūdum totū? Marci c.8.τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος,ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον;Quid enim proficit homo,ſi lucretur uniuerſum mundum?Lucæ c.9.τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον;In quibuſdam. libris eſt apud Mat.ὠφεληθήσεται.et apud Marcū.ὠφελήσει ἄνθρωπος.

*animæ uero ſuæ detrimentū patiatur*)ſic Matth.τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ;et detrimentum animę ſuæ faciat? Marcus.καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;ſe autem ipſum perdat,et detrimentum ſui faciat? Lucas. ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς;

## TIT.III.DE PRAELA

*tis,ne uices ſuas &c.*)Ne prælati uices ſuas,uel eccleſias alijs ſub annuo pretio concedant, duo Tarr.omittant alijs ſub annuo pretio, tertius Tarr.cetera,ut alij duo.Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cenſu cōmittant.concedant pro comittant,multi Gregor.et Cont.cetera, ut Barcin. alij concedant, uetus Gregor.

CAP.1.*Alex.*iij.*in conc.Lat.*)concilio Lateranenſi,uetus Tarr.aptius, et duo veteres Greg.iij.in Contiano,et alijs quibuſdam deſideratur.Alex.iij.Barcin.alijs omiſſis.addendum autem eſt,c.15.ex concilijs.

*pars cap.Cum in officijs*) p.c. Cum. Cont.omiſit Raim.omnia.Integram clauſulam habes ſub titulo de teſtamentis,et in concilijs.

*quoniam quidam*)quidem, uetus Gregor. ſolus. uox quidam in ueteri Tarracon. tantum non eſt.

*ſtatuuntur*)conſtituuntur,Barcin.ſolus.

*qui id de cetero*)ſic uetus Greg.qui decetero id, concil.uox id non eſt in altero Gregor. qui de cetero hoc,Cont.et alij.

*Cap.2.Idem in concilio Turon.*) ſic etiam Raim.et Cont.deſiderantur omnia in concil.d.parte 2. cap.1.titulo de ſimonia etc. neue prælati vices ſuas ad cauſas terminãdas,vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant.Idem Wi-ton.Epõ,pars c.Nuntios.vetus Tarr.mendoſe. eſt enim ea inſcriptio capitis 2.tit.4. ego editis addo c.7.ex ueteri Pontificali,ſiue c.3.ex hiſtoria Anglica Gul.Neubrigen.erratum autem eſt in ordine horum capitum,ut dicemus c.3.

*Quoniam in quibuſdam*)ſic etiam concil.et Raim. Quia pro Quoniam,Pontif.et Gulliel.

*partibus*)ſic etiam in cõcil.et in Gregor. Epiſcopatibus,Pontif.et Gull.

*Decani quidam*)vox quidam non eſt in Pontif. habent ceteri libri.

*uel Archipreſbyteri*)et pro uel,Barcin.ſolus.

*ſeu Archidiaconorũ*) ſic Pontif.et Raim. uel pro ſeu,Gull. ſeu Archiepõrum, concil. quod non æque placet.

*ſtatuuntur*)conſtituuntur,Pontif.tantum.

*& ad ſubuerſionem*)ſic in concil.vox ad nõ eſt in Greg.neque apud Gull.et ſubuerſiones,Pontif.

*prohibemus*)ſic in concil.et in Gregor.diſtrictius prohibemus,Pontif.et Gul.

*ſiquis decetero fecerit*)ſic Raim.et concil.ſi fecerit Pontif.alijs omiſſis.qui fecerit,Gull.

*noſtra auctoritate*) his carent Pontif.et Gul.et Raim.et Cont.exſtant in concil.

*Epũs autem*)ſic multi Gregor.uero, uetus Greg. quoque,Potif.et Gul.

*in ſua dioeceſi*)hæc omittunt Raim.et Cont.habent ceteri.

*& eccleſiaſtica iudicia*)ſic Pont.et Gul.et concil. et duo ueteres Greg.et eccleſiaſticam iuriſdictionem,Cont.et alij.

*ſua patitur diſſimulatione*) ſic omnes præter concil.in quib.eſt:patiatur diſſimulatione ſua.

*percellatur*)ſic in concil.et in Gregor.plectatur, Pontif.et Gull.

*Cap.3.Idem in Turon.conc.reſidens ait*)Turonenſi pro Turon.concil.d.parte 2.c.2. Idem,Raim.et Cont.alijs omiſſis.hoc eſt c.5. dicti concilij in Pontif.caput 1.apud Gulliel.Neubrigen.quod cum hac inſcriptione facit.ſed ordo horum triũ capitum mutari debuit.nam concilium Turonenſe antiquius fuit cõcilio Lateranenſi,et hoc caput prius fuit capite ſecũdo.eodem modo erratum eſt in Gregor.et in concilijs.

*inſtitutiones*) ſic Gull.et Raim ,conſtitutiones, Pontif.inſtitutionem,concil.

*inualuit*) innotuit,uetus Tarr.olim.

*Cap.4.Exon.Epõ*)ſic etiam duo ueteres Gregor. Exonienſi Epõ,concil.parte 28.cap.1.titulo de pactionibus licitis,et illicitis in rebus eccleſiaſticis.Exonen.Epõ,Cont.et alij non recte.

*Querelam magiſtri W.*) ſic etiam duo veteres Gregor.Vu,concil.Gu.Cont.et alij.

*cum eccleſia*)ſcribe cum eccleſiam,ut eſt in cõcil. et in uno Tarr.et apud Raim.

*de Fereleia*)Ferleia,concil.Cepelaia,vetus Greg. Cepelai , altervetus. Fereleri , unus Tarr.Chephalai,Cont.et alij.

*a G.*)ſic in concil.et in Greg.ab Aug.uetus Tar.

*eiuſdem eccleſiæ*)uox eccleſiæ non eſt in Gregor, eſt in concil.

*ipſe ſibi*)ſic in concil.vox ſibi a Raim . eſt omiſſa.

*ante quam eam*)ſic Raimund,eã antequam, concil.

*auferre præſumpſit*)ſic Raim..præſumpſerit,concil.et tres Tarr.

*idem G.*)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*præſtita fide*)ſic Raimund.præſtita ſibi fide,concil.

*quod uſque*)quod inde,unus Tarraconenſis ſolus.

*conſtitutum terminum*) terminum conſtitutum, concil.ſtatutum terminum,Raim.

*ideo tibi per A.ſ.pr.m.qua.*)ideoq.pro ideo,unus Tarr.pr.non eſt in concil.Ideoque mand.quat. multi Gregor.vox ideoq.in uno veteri deſideratur.

*ſi tibi conſtiterit ita eſſe,ap.re.*)appellatione remota,concil.vox tibi non eſt in Gregor.neque ap. re.pro quibus eſt uox eũ addita.Omnia in Barcin.deſiderantur.

*præfato V.*)W.tres Tarr.prædicto Vu.concil. dicto W.duo veteres Tarraconen.dicto Guil. Contius,Gu.alij.

*inter ſe conuenerunt*)conuenerint,Tarr.uetus.conuenit,duo ueteres Gregor.inter eos conuenit,cõcil.ut in Tarr.veteri,Contius,et alij.

*eandem*)ſic in concil.ipſum eandem,Raim.

## TIT.IV.DE MAGISTRIS,

*& ne aliquid exigatur pro licentia docendi*)ſic etiã multi Gregor.vox et non eſt in uno veteri Gregor.neq.in uno Tarr.ſcientia pro licentia,idem Tarr.non optime.

CAP.1. *ex concilio Lateran.*) ſic etiam Raim. adde cap.18.ex concilijs. Lateranen . vnus Tarr.et Cont.

*Quoniam in eccleſia Dei &c.*)vox IN recte omiſſa eſt



eſt in concil.et in Gregor.et in duob Tarr.multa omittunt Raim.et Cont.

*proueniunt*)ueniunt,concil.

*parentum opibus*)parẽtib.vetus Tarr.ſolus,quod nondum probaui.

*proficiendi oportunitas*) inepte in Barcin. proficiſcendi.hæc,et alia huius capitis verba refert Innocen.3.in concilio generali conſtitutione 11. quæ eſt in 4.collect.et in Gregor.ſub eod.tit.

*præbeatur*)ſic Raim.et Innoc.aſſignetur,concil. tribuatur,Barcin.

*quo docentis &c.*)hæc recte addidit Cõt. a Raim. prætermiſſa;quæ ſunt in concil.et apud Innocen.

*reſtituatur*)inſtituatur,unus Tarr.ſolus.

*ſeu monaſterijs*)ſiue pro ſeu, cõcil.ſeu magiſterijs, Cont.quod nondum placuit.

*ex hoc fuerit*)fuit,unus Tarr.fuerit,Cont.alijs omiſſis.ad hoc fuerit,concil.aptius.

*nullus omnino*) vox omnino in Gregor.non eſt: eſt in concil.

*vel ſub optentu*)et ne amplius ſub optentu,vetus Tarr. ſolus.

*ab eis,qui docent*)ſic vetus Gregor.his pro eis,cõcil.docentur pro docent,alter vetus Gregor. et Barcin.ab eis,quos docet,Cont.et alij.

*quemquam*) ſic Raim.quempiam,concil.

*qui ſit idoneus,expetita licentia*) petita pro expetita,duo veteres Tarr. expetita licẽtia, qui ſit idoneus,concil.petita licentia illis,Cõt.et alij editi.

*fiat*)ſit,vetus Greg.ſolus.

*dignum quippe eſſe videtur*)quidem pro quippe, concil.verbum eſſe omittunt Raim.et Cont.

*Dei fructum*)ſic in concil. fructum, duo veteres Gregor.altera voce omiſſa.fructus,Cont.et alij.

*dum vendit*)ſic Raim.diuendens,concil.

*Cap.2.Winton.Epõ*)Witon.vetus Tarr.et vetus Gregor.Wingon.alter vetus Gregor.Vintonien.Cont.et alij aptius.Lunden.cõcil.d.parte 2.c.17.tit.de ſimonia,et ne merces pro eccleſię conſecratione recipiatur etc.vel pro licentia docendi.

*pars c.Nuntios*)ſic etiã Cõt.hęc omittunt Raim. et concilia.exſtat integra clauſula cap.3.de decimis,huius collect.Winton.Epõ inſcripto, et in concil.parte 4.c.3.

*Prohibeas attentius de cetero,ne*)ſic in concil.ne de cetero,vetus Tarr.Prohibeas,ne,Raim.et Cõt. alijs omiſsis.

*ab aliquo aliquid exigatur*) aliquid ab aliquib.exigatur, vetus Tarr.alios aliquid exigatur,concil. exigatur aliquid , Raim.alijs omiſſis.

*aut etiam*)vox etiam in uno Tarr.ſolum omittitur.

*poſt prohibitionem tuam*)ſic etiam concil. poſtea, Raim.et Cont.ceteris neglectis.

*promiſſum reſtitui*)ſic in cõcil.remitti promiſſum facias,Raim.

*ſolutum facias ap.ces.reſtitui*)ſolutum reddi facias appellatione ceſſante,cõcil.ante verba edita ET additur in vet.Tarr.et reſtitui ap.ces. ſolutum, multi Greg.et,deſideratur in ueteri Greg.

*gratis accepiſtis,gratis date*)ſic Matthæi cap.10.et Raim.Qui gratis etc.concil.vide,quæ diximus c.8.de ſimonia.

*Sane ſi aliquis*)ſic in concil.ſiquis,eſt in uet.Tarr. et in Gregor.

*occaſione huius prohibitionis*)hæc omittũt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*magiſtros*)congruos,additur in concil.tantum.

*inſtituere*)conſtituere,uetus Greg.ſolus.

*de conceſſione noſtra,omni contradictione,&*)hæc etiam Raim.et Cont.omittunt;ſint licet in cõcil.

*ap.poſtpoſita*)appellatione ceſſante,concil.ut editum eſt,Raim.

*ibidem uiros prouidos,& diſcretos aliorum inſtructioni præficere*)ſic etiam in cõcil.prouidere,Barcin. pro præficere.ibi aliorum inſtructioni præficere viros prouidos,et diſcretos,uet.Greg.aliquorũ pro aliorum,alter uetus.prouidos,honeſtos, et diſcretos,Cont.et alij.

*Cap.3.Quanto Gallicana eccleſia maiorum etc.*)Recte Cõtius addit omiſſa prius a Raim.quæ ſunt etiam in concil. d. parte 2. c.18 . Quanta pro Quanto , uetus Tarraconen.non optime.Hoc cap.fuit impetratum contra Cancellarium Pariſien.qui a quolibet docente marcham unam exigebat.Vincen.

*præfulget*)ſic tam cõcil.quam Cont.præfulgeat, uetus Tarr.

*& eo*) vox et omiſſa eſt a Cont.exſtat in concil.

*nititur curare*)ſic in concil.cauere,Barc.et Cont. nitatur curare,unus Tarr.

*uideantur*) ſic in concil. et apud Cont . uidentur,duo Tarr.

*animaduerſione eos cenſemus*)ſic in concil.eſſe,additur in duobus Tarr.ante uocem eos.Dignos eſſe animaduerſione cenſemus,Raim.

*magiſtri ſcholarum*)ſic etiam cõcil.et veteres Gregor.ſcholarium,uetus Tarr.et Cont.et alij.magiſtrorum,Barcin.

*ſine certo pretio*)vox certo deſideratur in concil. eſt in Gregor.ſine pretio certo,duo Tarr.

*non impediunt*)ſcribendum eſt,non impendunt, ut eſt in uno Tarr.et in concil.et in Greg.

*& enormis*)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*a cupiditatis radice proceſſit*)proceſſerit,Raim.ex

cupiditatis radice proceſſerit,concil.

*eccleſiaſticæ unitatis confundat*) honeſtatis pro unitatis,concil.et Barcin.et vetus Tarr.et multi Gregor,confundit,alter Tarr.eccleſiaſticum cōfundat,vetus Gregor.

*prouidendum vobis eſt &c.*)nobis pro vobis,concil.et duo Tarr.quod non æque probo.Multa omittunt Raim.et Cont.

*conſuetudo ipſa*).ſta,concil.

*cum vobis*)cum nobis,concil.quod nondum prętuli.

*eccleſijs eiſdem*)eis,vetus Tarr.ipſis,concil.

*ſub anathematis ergo &c.*)ſic in concil.ante hæc verba addit Raim.mandamus,quatenus conſuetudine ipſa de veſtris eccleſijs extirpata.vox ergo non eſt in Gregor.

*curetis*)prohibere curetis,concil.curetis prohibere,vetus Tarr.ſed olim,ut editum eſt. inhibere curetis,alter Tarr.in quo etiam vox curetis antiquior altera eſt. hoc inhibere curetis,Raim.

*ne qui dignitatem &c.*)hæc etiam omittũt Raim. et Cont.dignitate,concil.aptius.

*fingentes*)malo,fungentes,ut eſt in concil.

*ab aliquo amodo*)ſub aliquo modo,concil. quod non ęque placet.

*ſed eis diſtrictè præcipiatis*)ſic in cōcil.diſtrictè prę cipientes,Raim.alijs omiſſis.

*uolunt regere*)velint pro volũt,vetus Tarr.voluerint,duo alij Tarr.et concil.et multi Gregor.legere pro regere,unus ex veterib.Gregor.

*eos ſine*)vox eos neq.in concil eſt,neq.in Gregor.

*qualicumque*)ſic in concil.quacumq.vetus Tarr. quilibet,uetus Gregor. qualibet, alter vetus, et Contius,et alij.

*patiantur*)ſic in concil . permittatur,vetus Gregor.permittantur,alter vetus,et Cont.et alij.

*ſi vero noſtræ*)ſic in concil.prioris edit.veſtræ,duo Tarr.et concil.Surianæ edit. ſiqui vero huiusmodi,Raim.

*noſtra auctoritate,et veſtra*)hęc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*Porro ſi iuxta &c.*)quę ſequuntur,ab eiſd. ſunt omiſſa,leguntur in concil.

*mandatum noſtrorũ*)ſcribe noſtrũ,ut eſt in duob. Tarr.et in Barcin.et in concilijs.

*habebimus*)mendoſe in concil.eſt,habemus.

*ſi velint in huiuſmodi*)ſi voluerint in huiuſcemodi, cōcil.Surianæ editionis.huiuſmodi, erat in priori editione.

## TIT.V.DE IVDAEIS,

*et Sarracenis,et eorum ſeruis*) tria ultima uerba deſiderantur in uno Tarr.et in uno veteri Greg. habet alter vetus,et Contius,et alij.

C*AP.1.ex concilio Maticen.*) Maticenſi, duo Tarr. Maguntino,vetus Gregor.Math.eſt in altero ueteri.Macien.habēt Cont.et alij.ſed Contius in marg.ſcribit,Mantiſconen.primo c. 26.mendoſe.ſcribe,Matiſconenſi cap.16.ex concilijs.

*Præſenti concilio,Deo auctore,ſanctimus &c.*) Ante hæc uerba addi potuit.pars cap.Et licet. Integram clauſulam ex concil.infra ſcripſimus.ET licet,quod de Chriſtianis,qui aut captiuitatis incurſu,aut quibuſcumq.fraudibus Iudęorum ſeruitio implicantur,debeat obſeruari;non ſolum canonicis, ſed et legum beneficio iampridem fuerit conſtitutum:tamen quia nunc ita quorũdam querella exorta eſt,quoſdam Iudæos per ciuitates,aut municipia conſiſtentes,in tantam inſolentiam,et proteruiam prorupiſſe;ut nec reclamantibus Chriſtianis liceat,vel pretio de eorũ poſſe ſeruitute abſolui:idcirco præſenti etc. canonib.pro canonicis,eſt in marg.ut docti viri coniectura,quam probo;ſcribi etiam potuit,beneficijs pro beneficio.illæ duæ voces, Deo auctore,a Raim.et Contio ſunt omiſſæ.

*ut nullum &c.*)ſic etiam Raim.quod qui Iudæo deinceps debeat deſeruire,cōcil.prioris edit.vt nullus Chriſtianus Iudæo etc.Suriana concil.editio.

*deinceps ſeruiat*)ſeruiat deinceps,uet.Tarr. vox deinceps non eſt in Greg.

*ſed datis*)ſic etiam Raim.uox ſed non eſt in concil.prioris edit.eſt in Suriana.ipſum mancipium quicumq.(Chriſtianorum)Chriſtianus, concil. vox mancipium non eſt in Gregor.

*& ſi Chriſtianus &c.*)hæc in concil.non ſunt,habet Raim.

*ſimiliter faciat*)fiat,vetus Tarr.idem fiat,Raim.

*quia nefas eſt*)quod pro quia,vetus Greg.ſolus.

*quem Chriſtus dominus redemit*)vox dominus nō eſt in Greg.quod pro quem,duo Tarr.ut quos Chriſtus dominus ſanguinis ſui effuſione redemit,concil.plenius.

*blaſphemum Chriſti in uinculis tenere*)blaſphemia pro blaſphemum,Barcin . blaſphemum Chriſti in ſeruitutis vinculis detinere,Raim.perſecutorum vinculis permaneant irretiti,concil.

Poſt hęc uerba additur in concil.Quod ſi acquieſcere his,quæ ſtatuimus,quicumq. Iudæus noluerit;quamdiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit,liceat mancipium ipſum cum Chriſtianis,ubicumq.uoluerit,habitare.ſic in priore concil.editione.ipſum ſuũ pro ipſum,eſt in Suriana editione.

*Cap.2.ex geſtis Romanorum Pontificum*) exſtat in concil.in uita Zachariæ Papæ ex libro Pontificali.



*Tempore Zachariæ natione Græci contigit*)Zacharias natione Gręcus ex patre Polychronio ſedit annos decem etc.Poſt multa.Porro eodem tempore contigit,concil.

*Venetorum*) Veneticorum, concil. uenatorum, Barcin.non recte.

*hanc Romam in urbem*) ad hãc Romanam urbē, concil.aptius.hanc in urbem Romam,vet.Tar. Romanam pro Romam,Barcin.

*uirilis ſ.& feminei*)feminini, uetus Tarr.virilis ſcilicet,et feminini,concil.

*emere uiſi ſunt*)niſi pro viſi,duo Tarr.et concil.

*fieri prohibuit,hoc indicans*)indicans, unus Tarr. hoc fieri prohibuit dicens,concil.

*quod iuſtum non eſſet*)iuſtum non eſſe,concil.

*deſeruirent*)ſic in concil.ſeruirent,unus Tarr.nō deſeruirent,alter.

*Venetis*)Veneticis,concil.ut ſupra.

*in eorum emptionibus*)in illorum emptione , concil.

*atq.more liberorum degendos abſoluit*) notat Alanus,hæc Pontificem feciſſe ex indulgentia, potuit enim eos in ſeruitute retinere,ut cap. proximo.Hęc,opinor,cauſa eſt,cur hæc a Raim.ſint omiſſa.

*Cap.3.Gregorius Venantio Epõ Lunenſi*)Lucenſi, duo Tarr.in tertio ea vox deſiderabatur. Venitio Epõ Elimenſi,Barcin.mendoſe. Greg. Epõ Lucenſi,Raim.Lunen.Cont,et in marg. addit, Venantio,ex epiſt.21.Indict.12.lib.3. regiſtri B. Gregorij.ſic edita uerbis regiſtri confirmantur.

*Multorum ad nos,&c.et infra*)ſic etiam Raim.excepta voce etc.Integra clauſula exſtat in regiſtro ,et in Contiano libro.Multorum ad nos relatione peruenit,a Iudęis in Lunenſi ciuitate degentibus in ſeruitium Chriſtiana detineri mãcipia.quæ res nobis tanto uiſa eſt aſperior, quanto a fraternitatis tuæ patientia operoſior.Oportebat quippe te reſpectu loci tui,atque Chriſtianæ religionis intuitu,nullam relinquere occaſionem ſuperſtitioni Iudaicæ;ne ſimplices animæ non tam ſuaſionibus,quam poteſtatis iure quodammodo deſeruirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam;ut ſecundum pijſſimarum legum tramitem,nulli etc.In ſuperioribus uerbis hæc uarietas eſt.pro illis(a Iudæis) quę ſunt in ueteri regiſtri libro, et apud Cōtiũ, in editis uox A deſideratur.pro illis( in ſeruitium)quæ in eodem veteri regiſtro ſunt;ad ſeruitium,eſt in editis,et in Cōtiano.pro illis(a fraternitatis tuæ patientia operoſior) quæ habet Contius,eſt in editis:a fraternitate tuæ patiētia opoſior,ſiue oppoſitior, mendoſe, operioſior, in ueteri libro,et in altero operabatur.forte ſcribendum;fraternitatis tuæ patientiam operiebatur.

*ſed ſi qui*)vox ſed in ſolo uet.Tarra.deſideratur.

*apud eos*)ſic Raim.penes eos,regiſt.Vlpianus c. 63.de uerbor.ſignificat.Penes te amplius eſt, quam apud te etc.

*libertas eis ſeruetur*)ſic etiam Raim.et Cont.libertas eis tuitionis auxilio ex legum ſanctione ſeruetur,regiſt.

*licet ipſi*)licet et ipſi,regiſt.et tres Tarr.licet,Raimund.et Cont. ex, additur in ueteri regiſt. pro ea uoce uerbum eſt legitur in quibuſdam editis, non ſine mendo.

*ſint liberi*)ſunt pro ſint,olim unus Tarr.ſolus.

*quia colendis*)tamen,additur in regiſtro ante hęc uerba,et apud Raim.et in duob.Tarr.et in Barcin.quia tamen, eſt in tertio Tarr.

*terris eorum*)vox eorum in uno tantum Tar.deſideratur.

*condicione loci*)ſic etiã uet.regiſtri liber,et Raim. condicionem loci,unus Tarr.et edita regiſtra.

*ad colenda remaneant rura*)rura remaneãt,Raim. ad colenda,quæ conſueuerant,rura permaneãt, regiſt.

*quas conſueuerant.penſiones prædicti iuris præbeant*) prædictis viris pro prædicti iuris eſt in Barcin. aptius,et in duobus Tarr.ante verbum pēſiones illæ duæ uoces ſunt in tertio Tarr.et quas, pro quas,eſt in antiquiori Tarr.ſed vox et minus antiqua eſt,quæ pro quas,eſt in altero Tarr.pēſiones prædictis uiris præbeant , regiſt. conſuetas penſiones prædictis viris præbentes,unus ex veteribus Raim.libris,et Cont.et alij editi. Iudæis reddentes,pro uiris præbentes,eſt in altero veteri libro.

*cuncta,quæ de*)quæ cuncta de,regiſt.uox de non eſt in ueteri Tarr.cuncta etiam de,uetus Raim. liber.cuncta etiam,quæ de,alter uetus,et Cont. et alij.

*iura præcipiunt*)ſic etiam regiſt.et uetus Raim.liber,et Cont.et alij.percipiunt, Barcin.et uetus Tarr.et alter uetus Raim.liber.

*nihil eis extra hoc oneris indicetur*)indicatur, Barc. nil pro nihil,uetus Tar.indicatur,Raim.qui addit uocem et ante uocem nihil.nihil eis extra hæc oneris amplius indicatur,uetus regiſtri liber.enim pro nihil,eſt in edito mendoſe.

*quod ſi quiſquam*)ſic etiam regiſt.Iudæorum aliquē,addunt Raim.et Cōtius.ſi quis pro ſi quiſquam,eſt in ueteri Raim.libro.

*uel ad alium migrare*)ſic etiam in regiſt. vox uel in uno Tarr.omittitur.transferre pro migrare, Raim.vox ad in veteri libro Raim.deſideratur.

*uel in obſequium ſuum*)ſic etiã uetus regiſtri liber

uel.

vel in obſequio ſuo, editus, vel ad aliud obſe-
quium, Raim. non male.

*ipſe ſibi reputet*) ſic vetus regiſt. tibi pro ſibi, edit.
non recte. imputet, Raim. apertius.

*qui ius colonarium*) ſic regiſt. et Raim. quod pro
qui, Barcin. vox ius in uno Tarr. deſideratur.

*temeritate ſua amiſit*) vox amiſit non eſt in regi
ſtro. retinet, Barcin. et duo Tarr. quod nondum
prætuli. Omnia omittunt Raim. et Cont.

*ius vero dominij ſibi iuris ſeueritate damnauit*) ſic ve
tus regiſt. ſub pro ſibi, editus liber, et unus Tarr.
cum Barcin. In veteri Tarr. non ſine mendo
eſt. et infra. dominium iuris ſeueritate ſe amiſſu-
rum damnauit. vox iuris olim illic non fuerat.
et ius dominij ſibi iuris ſeueritate damnauit.
Raim. domini pro dominij, Cont.

Poſt verba huius capitis eſt in regiſtro. In his er
go omnib. ita te volumus ſollerter impendi: ut
nec direpti gregis paſtor reus exiſtas, nec apud
nos minor æmulatio fraternitatem tuam repre
henſibilem reddat. directi pro direpti, eſt in ve-
teri regiſtro.

*Cap. 4. Ianuario Epo*) Caralitano, additur epiſt. 5.
Indict. 2. lib. 7. regiſtri B. Gregorij. Caralis, in ve
teri regiſtro. Ianuen. Epo, in veteri Raim. libro.
Igan. Epo, in altero veteri, mendoſe. Genuen. a
pud Cont. et quoſdam alios non recte.

*Iudæi de ciuitate, etc. et infra*) ſic etiam Raim. et
Cont. excepta voce etc. Integra clauſula ex re-
giſtro hæc eſt. Iudæi de ciuitate ueſtra huc venië
tes queſti nobis ſunt: quod ſynagogam eorum,
quæ Caralis ſita eſt, Petrus, qui ex eorum ſuper
ſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum Deo volēte
perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſci-
plinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt do
minico, in ipſa feſtiuitate paſchali, cum graui ſcā
dalo, ſine veſtra occupauerit voluntate, atq. ima
ginem illic genitricis Dei, dominiq. noſtri; et ve
nerandam crucem, vel byrrhum album, quo de
fonte ſurgens indutus fuerat, poſuiſſet. In his
verbis librum veterem regiſtri ſecuti ſumus. in
edito non recte pro (quod ſynagogam) ſcriptū
eſt, quod in ſynagogam, et pro (byrrhum albū)
eſt tantum birum. quo ſignificatur veſtis illa
candida, quam ſacris aquis nuper tincti induūt.

*Per hoc, quod vos &c.*) hæc etiam omittūt Raim.
et Cont. ſine vlla noxa. Ante hæc verba eſt in
regiſtro. Qui etiam adiecerūt, a vobis hoc per
ſenſum; et prædictum Petrum, ne hoc auderet,
fuiſſe prohibitum. quod cognoſcentes omnino
laudauimus. quia ſicut reuera bonum decuit ſa
cerdotem, nil fieri; vnde iuſta eſſet reprehenſio,
voluiſtis, ſed quia per hoc, quod minime vos
etc. ſuper hoc pro per hoc, vetus Tarr.

*praue*) ſic vetus regiſt. praua, editum.

*in ueſtra etiam ciuitate*) hæc in regiſtro nō ſunt.

*acta ſunt*) ſunt acta, vetus regiſt. vox acta in edi-
to non eſt.

*non miſcuiſtis*) non inmiſcuiſtis, duo Tarr. miſcui
ſtis, regiſt. in quo ante aliquot verba eſt vox mi
nime, vt ſupra rettulimus.

*demonſtratis*) demonſtraſtis, duo Tarr. et regiſt.

*& infra*) Conſiderantes hac de re veſtræ volun-
tatis intentum, ac magis iudiciū, his hortamur
affatibus, vt ſublata exinde cum ea, qua dignū
eſt, veneratione, imagine, atque cruce, debeatis,
quod violenter ablatum eſt, reformare. regiſt.

*Sicut legalis*) ſic etiam Raim. Quia ſicut legalis, re
giſt.

*ita eos*) ita quoque eos, regiſtr. vt editum eſt, Rai
mund.

Poſt huius capitis verba additur in regiſt. Neer
go ſupradictus Petrus, vel alij, qui ei in hac indi
ſciplinationis prauitate prębuere ſolatiū, ſine cō
ſenſu, hoc zelo fidei ſe feciſſe reſpondeant; vt
per hoc quaſi eis neceſſitas fieret conuertendi:
admonendi ſunt atque ſcire debent; quia hoc
circa eos temperantia magis vtendum eſt, vt tra
hatur ab eis velle, non vt adducātur inuiti. Quia
ſcriptum eſt: Volūtarie ſacrificabo tibi, ideſt ex
voluntate mea confitebor illi. Cetera legantur
in regiſtro. ſcribo autem, item, pro ideſt. ſumun-
tur enim ea verba ex pſalmis 27. et 53. ἑκουσίως
θύσω σοι. Voluntarie ſacrificabo tibi. ſic Hiero-
nym. et vulgaris editio. d. pſal. 53. ego libens ſcri
pſiſſem, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι
αὐτῷ. et ex volūtate mea confitebor ei. Vulga-
ris. et in cantico meo confitebor illi. Hieron.

*Cap. 5. ex concilio Lateranen.*) ſic etiam Raim. ad-
de cap. xxvi. ex concilijs, non xxiiij. vt eſt apud
Contium. ſed apud Gulliel. Neubrigen. eſt pars
cap. xi. quod in concilijs eſt cap. xxiij. cuius prin
cipium fuit, Cum dicat Apoſtolus etc. vt ſub ti
tulo de eccleſijs reædificandis.

*ſuorum puerorum*) vox ſuorum in concil. non eſt,
habent Gull. et Raim.

*vel alia qualibet cauſa*) ſic etiā Raim. nec pro vel,
concil. vel aliqua alia cauſa, Gull.

*in domibus ſuis*) vox ſuis non eſt in duobus ve-
teribus Gregor. eſt apud Cont. et alios, et in cō
cil. et apud Gull.

*excommunicetur autem*) in omnibus libris pręter
unum Tarr. eſt excommunicentur. vox autem
in altero Tarr. eſt omiſſa.

*cum eis*) cum ipſis, Gull. ſolus.

*præſumpſerit*) ſic unus tantum Tarr. præſumpſe
rint, habent alij Tarr. et Barc. et concil. et Gull.
et Raim.



ſolus.

*præſumpſerit*) ſic unus tantum Tarr. præſumpſe
rint, habēt alij Tarr. et Barcin. et cōcil. et Gull.
et Raim.

*teſtimonium quoq. etc.*) ſic in cōcil. autē pro quoq.
Gull. quodcumq. vet. Greg. et infra. Raim. et
Cōt. ſub hoc titulo. ſed ſub titulo de teſtib. edide
rūt. Iudęi, ſiue Sarraceni, et infra. Teſtimonium
quoque etc. Vtrubiq. addi debuit a Cōtio, quid
pro illis verbis, et infra, ſubſtitui poſſet.

*in communib. cauſis*) omnib. pro communibus, cō
cil. et Gull. et Raim. et tres Tarrac. in quorum
duob. olim omnib. mox communibus.

*utantur*) ſic concil. uti præſumant, Raim.

*uoluerint in hac parte præferre*) ſic in concil. et in
Gregor. in hac parte præferre præſumpſerint,
Gulliel.

*Deo inſpirante*) Dei inſpiratione, vetus Gregor.
ſolus.

*ſe conuerterint*) conuertant, vetus Tarr. tantum.
vox ſe in Suriana concil. editione deſideratur.

*antequam fidem ſuſciperent*) ſic vetus Gregor. et
Gulliel. acceperunt, concil. ſuſceperant, alter ve
tus Greg. ſuſceperint, Cont. et alij. anteaquam,
pro ante quam, duo Tarr.

*Si autem ſecus*) Si ſecus, vnus Tarr. ſolus.

*principibus*) a principibus, vetus Gregor. tātum.

*portionem hereditatis*) ſic etiam concil. et Gulliel.
ſuæ, addit Raim.

*Cap. 6. ex eodem*) Ante hæc verba additur in ve
teri Tarr. Idem, non recte. Item, ſcribi potuit.
poſtea eſt in Contiano tantum, cap. xxi. ego ſcri
bo, cap. xxiiij. ex concilijs: ſed apud Gulliel. eſt
cap. ix. non ſeruatur ordo neq. a Bernardo, neq.
a Raim. in his duob. capitib. cum hoc debuerit
præferri capiti quinto, quod eſt ſumptum ex ca
pite xxvj. eiuſd. concilij. At in veteri Tarr. ante
hoc caput notatur ſcribi debere, quod nobis eſt
caput ſeptimum. et huic additur titulus, De il-
lis, qui portant arma Sarracenis. ſub quo titulo
hoc erit caput vnicum. In ceteris libris, ut edi-
tum eſt.

*occupauit*) occupat, Gulliel. ſolus.

*vt qui glorientur*) ſic etiam Raim. vt cum glorien
tur, concil. et Gul.

*lignamina deferant galearum*) ſic etiam Gull. liga
mina galearum deferant, concil. ligamina defe-
rant galearum, uetus Greg. et Cont. et alij. defe
runt, alter vetus Greg.

*& pares*) eis, additur in concil. tantum.

*in malitia*) hæc in uno tantum Tarraco, omiſſa
ſunt.

*fiant illis*) vox illis non eſt in concil. habent cete-
ri libri. ſtant pro fiant, vetus Greg. ſolus.

*ſubminiſtrant*) ſubminiſtrent, vetus Gregor. ſo-
lus.

*in galeis, & piratis*) piraticis, ſcribendum ut eſt in
concil. et in Gregor. vox et in duobus, tribuſue
Tarr. ſcribitur poſt vocem piratis. ego exiſtimo
concilium voluiſſe diſtinguere naues piraticas a
nauibus onerarijs.

*exerceant*) ſic etiam Raim. exercent, concil. et
Gull.

*ab eccleſiæ communione*) ſic etiam Gul. eccleſiaſti-
ca pro eccleſiæ, Raim. a communione eccleſiæ,
concil.

*pro ſua iniquitate*) hæc omittunt Raim. et Cont.
habent ceteri libri.

*ſubiectos*) ſubitos, unus Tarr. non recte. forte ſub
ditos.

*& rerum*) vox et in Gregor. non eſt, habent alij.

*per principes*) ſic etiam Raim. per ſæculi princi-
pes, concil. per principes ſæculi, Gull.

*ſeruos, ſi capti fuerint, fore*) ſic etiam concil. et Gul.
fieri ſeruos, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

*Præcipimus autem*) ſic Gull. etiam pro autem, cō
cil. et Gregor. et vetus Tarr.

*per eccleſias*) in eccleſijs, vetus Tarr. ſolus.

*in eis excommunicatio proferatur*) ſic vetus Greg.
in altero autem (in eis) omittuntur, et in duobus
Tarr. eos pro eis, additum alia manu, in tertio
Tarr. in eos fiat excommunicatio, Gull. excom
municatio proferatur in eos, concil. eos pro eis,
Cont. et alij: cetera, vt edita ſunt; quod placet.

Poſt verba huius capitis additur in concilijs, et
apud Gull. Excommunicationis quoque etc. vt
ſub titulo de raptoribus cap. 2. in hac collectio
ne.

*Cap. 7. Alexander iij.*) ſic etiam Raim. et Cont. e
go addendum cenſeo, Maſſilienſi Epo, vt cap.
28. de decimis, in hac collect. quod eſſe partem
eiuſdem reſcripti didici. Contiano libro nō cre
dimus, cum ait illius capitis principium fuiſſe,
In lib. ſuper his, ſed ſcribendum eſt, Quia ſuper
his.

*Quia ſuper iis &c.*) Multa omittunt Raim. et
Cont.

*vnde nos in litteris*) nobis pro nos, eſt in trib. Tar.
vox in non eſt in uno ex eiſdem libris.

*non habemus*) non habeamus, unus Tarr.

*indicas*) edicas, vnus Tarr. non male. interdicas,
Raim.

*apertas*) aperta, duo veteres Greg. apertas, Cont.
et alij.

*ſed eas per totum diem claudant*) ſed clauſa teneāt
tota die, veteres Greg. clauſas, Cont. et alij.

*Mancipia quoque &c.*) hæc omittunt Raim. et
Cont. quod ſatis videretur prouiſum alijs reſcri
ptis,

ptis,et concilio Lateranenſi.

*conuerſatione*)conuerſione,unus Tarr.quod non æque placet.

# TIT.VI.DE HAERETICIS.

CAP.1.*Stephanus omnibus* Ep̃is)Stephanus Papa,vetus Tarr.alijs omiſſis. Stephanus Papa omnibus Ep̃is,Raim.et Cõt.ego,Xyſtus omnibus fratribus,ex concil.ſcriberem.eſt autem epiſt.1.apud Burchar.lib.1.c.144.ex decretis Iulij Papæ orientalibus Ep̃is miſſis c.18. item apud Iuonem parte 5.cap.257.decreti.et in marg.Sixtus 2.id habet epiſt.1.Iulij Papæ eſt in concil.hoc 11.caput.nõ 18.in veteri epitome canonum eſt cap.10.ſumptum vero eſt ex concilio Nicæno cap.45.Eadem hæc Xyſti verba refert Hadrianus Papa in epiſt.ad Ep̃m Mediomatric.cap.4.cuius multa capita refert Anſel.Lucenſis lib.3.cap.88.et exſtant in concil.

*Dubius in fide etc.*)Ante hęc verba ſcribi potuit, Pars cap.Placuit,vt ſemper.hoc enim eſt initiũ d.cap.11.apud Iulium.et d.c.4.apud Hadrian.ſiue Pars cap.De cetero placuit.ex verbis Xyſti Papæ.nos vtraque verba referemus. De cetero placuit propter malorum hominum infeſtationes;vt in accuſatione domini miniſtrorum primo perſona,fides,vita,et conuerſatio blaſphemantium,enucleatim perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet,quia dubius etc.Hæc Xyſtus.Nicæni concilij apud Iulium verba ſunt.Placuit,vt ſemper in accuſatione clericorum primo perſona,fides,vita,et conuerſatio blaſphemantium perſcrutetur.Nam fides etc.vt ſupra,ſic in concil.et apud Burch.et in epitome.in accuſationem,pro in accuſatione habet Iuo.Breuius hæc apud Hadrianum ſunt. Placuit,ut ſemper primo in accuſatione clericorum fides,et vita blaſphemantium preſcrutetur.Nam fides etc.ſic in concil.Placuit etiã,vt, Anſel.

*nec eis omnino credendum eſt*)ſic etiam Raim.eſt credendum,tres Tarr.et concil.in epiſt.Xyſti.et d.cap.11.et Iuo,et epitome canon.eſſe credendum,Hadr.in concil.et Burch.et Anſel.

Poſt verba huius c.addit Xyſtus,nec rectæ conuerſationis vitam ducunt,quoniam tales facile,et indifferenter lacerant,et criminantur recte,et pie viuentes.Idcirco ſuſpicio eorum diſcutiẽda eſt primum,et corrigenda.neque accuſatoribus ſuſpectis,vel de inimicorum domo prodeuntibus eſt credendum.Hucuſque repetitũ eſt apud Iulium,licet alia addiderit Xyſtus non contẽnenda.et facile,pro facile,habet Iulius in cõcil. et primo pro primum,et pro ſuſpectis vel,eſt ſuſpectis et.in marg.tamẽ additur,alias vel.Apud Burch.et Iuon.et in epitome can.Ideo pro Idcirco,eſt:et primo pro primum:et domibus pro domo.hoc amplius apud Iuon.accuſationibus pro accuſatoribus,non recte.et in epitome bis verbum EST deſideratur.At apud Hadr.in concil.aut non,eſt pro nec:et poſt vocem viuentes additur,et credentes.Ideo etc.et primo pro primum.nec poſt vocem corrigenda quidquã eſt.Apud Anſel.eſt,aut non:et deducũt pro ducunt:et Ideo pro Idcirco:et primo pro primũ: extrema vox eſt corrigenda.Poſtremo referam Felicis minoris verba ad Athanaſium Alexandrinum,et alios Ep̃os cap.11.Perſonæ accuſantium tales eſſe debent,quarum fides,et conuerſatio,et vita probabilis,et abſque reprehenſione ſit,et quę omni careat ſuſpicione,quia et hoc te præſente, vt bene noſti,in Nicæna ſynodo propter malorum hominum infeſtationem ab omnibus definitum eſt;licet prauorum hominum inſidijs ſint hęc,et alia quam plura deleta. Cetera ad hoc caput pertinentia vidẽda in notis noſtris ad epiſtolam Hadriani.

*Cap.2.Leo Papa* Ep̃o *Toribio Aruſticenſi)* Leo Papa,Raim.et Cõt.alijs omiſſis.Toribino Aruſtiẽſi,Barcin.non recte.Turibio Ep̃o Aſturienſi, regiſtrum B.Leonis epiſt.93.quæ in concil.eſt 91. cap.15.ad Turbium Aſturicenſem Ep̃m,concil, ego Toribio Ep̃o Aſturicenſi,ſcribo.

*Qui alios ab errore &c.*)Addi poteſt,pars c.De qua re.hoc enim eſt initium d.cap.15.Eius integram clauſulam ſcripſimus.De qua re quintidecimi capituli ſermo conqueritur,et præſumptionem diabolicam merito deteſtatur.quia et nos iſtud veracium teſtium relatione comperimus,et multos corruptiſſimos eorum codices, qui canonici titularentur,inuenimus.Et poſt alia.Vnde ſi quis Ep̃orum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit,vel ſub canonicorum nomine eos codices in eccleſia permiſerit legi,qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti;hæreticum ſe nouerit iudicãdũ. quoniã qui alium ab errore etc.ſic in regiſtro. titulantur pro titularentur,concil.Qui alios,dũ poteſt,ab errore etc.vetus Gregor.cum pro tũ, alter uetus,et Cont.et alij.

*Cap.3.Auguſtinus de fide*)catholica,addũt Raim. et Cont.ad Petrum diaconum,alias diſcipulũ, Iuo parte 1.c.4.et 39. Auguſtin.in libro de xl. regulis,Anſel.lib.8.in fine decreti.ſunt,qui negent,eſſe hũc Aurelij Auguſtini librum.exſtat hoc titulo,De fide ad Petrum diaconum:eſt autem hoc illic caput 39.



*omnem hæreticum,vel ſchiſmaticum*)ſic etiã Raim. et pro vel,Paſchalis Papa,qui verba Auguſtini refert,in libro Veronen.quemlibet hæreticũ, ſiue ſchiſmaticum,Auguſt.et Iuo,et Anſel.

*quamuis multas &c.*)ſic etiam Paſchal.hæc omittunt Raim.et Cont.in nomine patris,et filij,et ſpiritus ſancti baptizatum,ſi eccleſiæ catholicæ non fuerit aggregatus,quantaſcumq.eleemoſynas fecerit,Auguſt.Iuo,et Anſel.excepta voce catholicę,quam omittit Anſel.et quantaſque pro quantaſcumque,ſcribit.

*vel etiam pro Chriſto &c.*)ſic etiam Paſch.et ſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, Auguſt.et Iuo.nomine Chriſti,Anſel.cetera,ut Aug.

*cum diabolo &c.*)ſic etiam Paſchal.et Raim.pro his ſcribũt Aug.et Iuo,et Anſel.nullatenus poſſe ſaluari.

*participandum*)ſic etiam Raim.mancipandum, Paſch.non male.

*niſi ante finem huius &c.*)ſic etiã Paſch.voce huius carent Raim.et Cont.omnia omittunt Auguſt.Iuo,et Anſel.

*catholica fuit*)fuerit,Barcin.et tres Tarr.et Paſch. et Raim.aptius.

*& poſt pauca*)ſic etiam Raim.hęc omittunt Iuo, et Anſel.et Paſchal.nullaque ſunt in Auguſtini libris.

*Omni enim homini*)ſic etiam Auguſt.et Iuo. Cũ pro Omni,duo Tar.vox enim a Raim.et Cõtio eſt omiſſa.Homini enim,Anſel.

*eccleſiæ catholicæ*)ſolus Iuo caret hac voce catholicæ.

*quantumlibet copioſa*)ſic etiã Raim.quamlibet copioſa,Auguſt.Iuo,Anſel.et tres Tarr.

*ſuſcepta Chriſti*)malo,Chriſti ſuſcepta,vt eſt in ceteris libris,Aug.Iuone,Anſel.Rai.et trib.Tar.

Poſt verba huius capitis eſt apud Iuon.et Anſel.quãdo in eo vel hęretica,vel ſchiſmatica prauitas perſeuerat,quæ ducit ad mortem.Anſel.omittit uocem uel priori loco.quãdiu pro quãdo,Aug.aptius,voce vel priori etiam omiſſa.

*Cap.4.Gregorius Anaſtaſio Antiocheno*)Ep̃o Antiocheno,vetus Tarr.et lib.7.epiſt.47.Indict. 2.regiſtri B.Gregorij.vt editum eſt,duo veteres Raim.libri.Greg.ix.etc.Cont.et alij mendoſe.

*Fraternitati tuæ &c et infra*)ſcribẽdũ Fraternitatis,vt eſt in trib.Tar.et in regiſtro,et apud Raim. Integra clauſula ex regiſtro hęc eſt.Fraternitatis tuę ſcripta ſuſcepi profeſſionem fidei recte ſeruantia;magnaſq.omnipotenti Deo gratias retuli.Et poſt alia.Pręterea dũ de ſanctorũ cõciliorũ cuſtodia tua Fraternitas loqueretur,ſanctam Epheſinã ſynodũ primã ſe cuſtodire profeſſa eſt.ſed quia ex annotatione hęretici codicis,qui ad me ex Regia urbe trãſmiſſus eſt,agnoui per hoc,quod quędã capitula catholica cũ hęreticis fuerãt reprehẽſa:quia quidã illã Epheſinam primã ſynodũ in eadẽ vrbe exiſtimãt,quę quondã ab hęreticis traditur eſſe cõpoſita:omnino neceſſe eſt,vt Caritas veſtra eãdẽ ſynodũ apud ſanctã Alexãdrinã,atq.Antiochenã eccleſiã requirat, et qualiter in veritate ſe habeat,inueniat.Vel ſi placet,hinc dirigimus,quã ab antiquitate ſeruatã in ſcrinijs habemus.Illa enim ſynodus etc. De eodẽ codice falſo nomine Epheſinę ſynodi inſcripto ſcribit idẽ Gregorius Narſi Comiti li. 5.indict.14.epiſt.14.cap.114.aitq.eũ codicẽ Manichæorũ habuiſſe ſentẽtias;quas dũ Græcus quidã reprehẽderet,reprehẽdit catholicã ſententiã de morte animæ Adæ,dũ peccaret,in quo ſe Pelagianũ Græcus oſtẽdit.De eadẽ re ſcribit Eulogio Alexãdrino,et huic eidẽ Anaſtaſio Antiocheno Ep̃o lib.6.Indict.15.epiſt.31.c.195.

*Illa enim ſynodus &c.*)hæc etiã omittũt Raim. et Cont.ſunt in regiſtro.

*allata*)oblata,regiſt.relata,unus olim Tarr.

*dicit approbata*)aſſerit pro dicit,regiſt.vox approbata in uno Tarr.deſideratur.

*ſunt Caleſtini*)Cæleſtij,regiſt.eadem varietas eſt in veteri libro Græco canonum Epheſinor.fuerunt pro ſunt,vnus Tarr.

*Caleſtinus & Pelagius*)atq.pro et, Raim.Cæleſtius,atq.Pelagius,regiſt.vide epiſt.25.26.et 27. Innocentij primi,quibus reſcribit tribus Africanorũ Ep̃orum epiſtulis de hac hæreſi Cæleſtij,et Pelagij,et epiſt.1.Cæleſtini primi.

*in ea ſynodo ſint dãnati*)ſunt pro ſint,regiſt.Epheſina pro ea,Raim.eius ſynodi habẽdę cauſa fuit Neſtorius Cõſtãtinop.ſed Cæleſtiũ quoque,et Pelagianos fuiſſe illic dãnatos,Euagrius,et Proſper ſcribũt,atq.id apparet ex Græca ſynodo.

*quomodo poterant illa capitula recipi,quorum damnabantur auctores?*)ſic etiam regiſt.poterunt pro poterant,Raim.et damnantur pro damnabantur.Errant,qui putant hæc capitula alioqui fuiſſe catholica;ſed propter odium auctoris improbari.Legantur tres Gregorij epiſtulæ,quarum mentionem fecimus,et videbitur ea capita fuiſſe Pelagianorum venena,ſic enim interpretor vocem prædicamenta,hoc eſt venenoſa dogmata.vt illud eſt de Adami morte.vide concil.Mileuitani cap.1.et Africani c.76.ex quo eſt apud Grat.de conſecrat.diſt.4.c.152.placuit igitur.et alia huic proxima capita in dictis concilijs,et apud Grat.et in corpore canon.d.c.76. etc.concilij Africani,et in Cæleſtini decretis,et

in Græcis Carthagin.concilij regulis cap.109. et cetera capita ligātur, quæ poſtea ſequūtur. Poſt huius capitis verba eſt in regiſtro. Quia vero peruenit ad nos in Orientis eccleſijs nullum ad ſacrum ordinem, niſi ex præmiorum datione peruenire etc. ea ſub titulo de ſimonia erant ſcribenda.

*Cap.5. perfectus Deus, perfectus ſit homo)* perfectus ſit Deus, et perfectus homo, concil. parte 49. c. 20. poſt concil. Later. perfectus ſit Deus, et perfectus ſit homo, vetus Tar. perfectus Deus, et perfectus ſit homo, alter vetus Greg. et duo Tarr. et Cont. et alij.

*mirum eſt &c.)* multa omittunt Raim. et Cont. quæ ſunt in concil.

*audeat dicere)* dicere præſumat, concil.

*non ſit aliquid)* uox ſit omiſſa eſt in concil. in priori editione.

*ſecundum quod homo)* ſic in concil. eſt homo pro homo, Barcin. et duo Tarr. plenius.

*ſuboriri abuſio)* nequitia ſuboriri, concil.

*& error)* vel error, concil.

*mādamus per A.ſ.qua.)* fraternitati tuę etc. quatenus, concil. per A.ſ. pr.m. qua. vnus Tarr. Apoſtolica ſcripta pro A.ſ. Barcin. apertius. mandamus, quatenus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

*conuocatis magiſtris etc.)* hęc etiā omittunt Raim. et Cont.

*ſcholarium)* ſcholarum, concil. et unus olim Tar.

*Pariſius, et Remis)* Pariſien. et Rhemen. concil. aptius. ſed illis temporib. ita loquebātur, Pariſius pro Pariſijs, ineptiſſime. Pariſienſiū, eſt in Suriana concil. editione.

*nec non)* hæc vox in concil. non eſt.

*circumpoſitarum)* omittitur etiam hæc vox in cōcil. circūſcriptarū, Barcin. quod nōdū probaui.

*interdicatis)* interdicas, tres Tarr. et concil. et Raimund. aptius.

*quod homo)* ſic Raim. et concil. quod eſt homo, duo Tarr. quod malo.

*verus homo)* ſic in concil. verus eſt homo. Raim.

*ex anima rationali, & h. car ſubſiſtens)* humana carne, concil. et Raim. vox carne eſt etiam in veteri Tarr. ſumuntur hæc ex ſymbolo Athanaſij, et vt nota verba breuius ſcripta ſunt. Perfectus, inquit, Deus, perfectus homo ex anima rationali, et humana carne ſubſiſtens. τέλειος θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑφιστάμενος.

*Cap.6. ex concilio Lateran.)* adde c.27. ex cōcil. ſiue c.14. ex Gulliel. hiſtoria. c.22. Cont.

*Sicut ait beatus Leo, licet &c.)* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt in concil. Leo Papa, habet ſolus Gull. Leonis verba vnde ſumantur, nondum inueni. quod vero interpretes adferunt ex epiſt. 29. ſiue 31. ad Pulcheriam Auguſtam, quod eſt apud Grat. 23. q.5. c.21. non eſſe id, quod quærimus, manifeſtum eſt.

*effugiat)* ſic etiā Gull. et Cōt. non efficiat, cōcil.

*metuunt)* metuant, Barcin. ſolus.

*ſupplicium euenire)* ſic etiam Cont. euenire ſupplicium, concil. iudicium, vel ſupplicium euenire, Gull.

*quia in Vaſconia)* ſic etiā Cōt. Waſconia, Gull. et tres Tarr. Gaſconia, concil.

*Albeſeſio)* Albeſeio, vetus Tarr. Albegeſio, duo alij Tarr. et Gull. et Cont. Albigeſio, Barc. quod malo. Allegeſio, concil.

*& partibus Toloſanis)* ſic concil. et Gull. Quia in partib. Toloſanis, Raim. (et) quia, Cōt. vide c.10.

*& alijs locis hæreticorum)* ita, addūt cōcil. et Gull. poſt vocem locis. uox hæreticorū ſola a Raim. probata eſt, cetera addit Contius.

*Catharos)* ſic etiam concil. et Gull. Cazaros, duo veteres Greg. Gazaros, Cōt. et alij. eo etiam nomine dicuntur in conſtit. Federici ſecūdi de ſtatutis, et conſuetudinibus. De catharis vel in prima generali ſynodo Nicæna actum eſt c.8. Nouatiani appellantur a Grat. 1. q.7. c.8. non male. Cataros, Cont. in marg. non recte. vide cap.11.

*alij publicanos, alij Paterinos)* ſic etiam Gull. alij Patrinos, alij publicanos, cōcil. alij Patarinos, vetus Greg. alijs omiſſis. alij Patarenos, alter vet. et Cont. et alij. addit in marg. Cont. alij publicanos. vox Patarenos eſt in marg. concil. Surianę edit. atque etiam eſt in d. cōſtit. Federici. Credo Paterenos dictos, quod Patrem tantum colerent. publicanos forte, quod euangelicum publicanum imitari ſe dicerent. hæ duæ voces, alij publicanos, non ſunt in duobus Tarr. neque in Barcin. totidem, alij Paterinos. ante omnia edita vox ET additur in uno Tarr.

*damnanda)* ſic Gull. et multi Greg. damnata, cōcil. damnoſa, Barcin. et vetus Greg. et vetus Tarrac.

*ita vt iam &c.)* hæc omittunt Raimund. et Contius. vox ita in concil. non eſt, neque apud Gulliel.

*ſicut alibi)* alij, unus Tarrac. et Gull. aliqui, concil.

*manifeſtant)* ſic in concil. manifeſtent, Gull.

*& ad)* vt ad, Barcin. ſolus.

*conſenſum)* ſic etiam concil. et Gull. errorem, duo Tarr.

*attrahant)* ſic etiam concil. attrahunt, Gull. et tres Tarr.

*receptores)* ſic Gull. et concil. et duo veteres Gregor. receptatores, Cont. et alij.

pro-



*prohibemus, nequis)* eos, addunt omnes præter vnum Tarr. ſcribendum igitur eſt.

*in domo, uel terra)* ſic duo veteres Greg. in domibus, vel in terra, cōcil. in domo, vel in terra, Gul. et Cont. et alij.

*deceſſerint)* ſic etiā cōcil. et Gull. deceſſerit, Raimun.

*neque ſub)* ſic etiam Raim. nec ſub, Gull. nō ſub, concil.

*quibuſcumq.)* ſic Gull. et Raim. cuilibet, concil.

*neq. ſub alia quacumq.)* ſic etiam Raim. niſi pro neq. Gull. mendoſe. nec ſub aliacumq. concil. nō optime.

*oblatio pro eis fiat)* aut, addit Gull. ante hęc verba. aut oblatio fiat pro eis, concil. eo pro eis, Raim. cetera, ut edita ſunt.

*accipiāt ſepulturā)* recipiāt ſepulturā, cōcil. ſepulturā accipiant, Gull. accipiat ſepulturam, Raim.

*Cap.7. Idem)* Hoc caput portio eſt proximi capitis in cōcil. et apud Gull. Neubrig. Ibidem pro Idem, ſcribi potuiſſet, aut tolli vtraq. vox, et verba coniungi.

*De Brabanzonibus)* Brebantionib. concil. Brebationib. Gull. Brabantionib. Barcin. Braibenſionib. vetus Tarr. Bribanzonib. olim alter Tarr.

*etiam)* hęc vox non eſt in concil. neq. in Barcin. neq. in trib. Tarr. neq. apud Gull.

*et Aragonenſibus)* Arrogenum, concil. Arragonenſib. Gull. et vnus Tarr. Arogenenſib. olim alter Tarr.

*Nauarris, Vaſculis)* Nauarijs, Baſculis, concil. et Gull. Baſculis pro Vaſculis, eſt in Barcin. et in quattuor Tarr. Vaſcones exiſtimo eoſdem eſſe. Baſtuli in Baetica fuerūt, cuius magna pars his temporibus Mauris ſeruiebat.

*et Cotarellis)* et Coterellis, Gull. Coterellis, cōcil. altera voce omiſſa: addunt autem concilia, et Triauerdinis. ignota autem mihi hæc nomina ſunt.

*inmanitatem)* ſic etiam Gull. inhumanitatem, cōcil.

*non eccleſijs, non monaſterijs deferant)* nec pro nō, bis concil. et Gull. qui mendoſe omittit, non eccleſijs. honorem deferant, vetus Tarr. habet nō male.

*non uiduis, et pupillis)* puellis, concil. nec pro non, duo Tarr. nec viduis, ac pupillis, Gull.

*non pueris, aut ſenibus)* ſic etiam Gull. non ſenib. et pueris, concil.

*nec cuilibet)* ſic etiam in concil. non pro nec, Gull. aut, duo Tarr.

*ſed morte paganorum)* more ſcribendum pro morte, ut eſt in concil. et in Barcin. et in trib. Tarr. et apud Gulliel. paganos appellat non ſolum gentiles, ſed etiam quoslibet non Chriſtianos, neq. Iudæos.

*perdunt, et vaſtant)* perdant, et vaſtent, concil. et Gull.

*ut ipſi)* uox ipſi non eſt in concil. habet Gull.

*tenuerint)* detinuerint, unus Tarr. ſolus.

*dieb. ſollemnibus)* ſollemnib. dieb. concil. vox ſollemnibus a Gull. eſt omiſſa.

*per eccleſias excommunicati publice nuntientur)* denuntientur, concil. et duo Tarr. in quorum altero vox excommunicati omittitur, ut in concil. in eccleſijs excommunicati publice denuntientur, Gull.

*et pœna)* hæc in duob. Tarrac. non ſunt; ſunt in concil.

*a debito fidelitatis, et hominij)* ſic cōcil. ſeu pro et, Gull. a debita fidelitate, et dominij, Barcin. non recte.

*ac totius)* ſic etiam in concil. aut pro ac, Gull.

